STATUTA DELPHINALIA, HOC EST, LIBERTATES PER ILLUSTRISSIMOS...




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21 D
5 M





STATVTA
DELPHINALIA,
HOC EST,

[illegible]

Adiecta Interinatione literarum dissectionis siue dismembrationis Comitatus Astensis à Senatu Mediolani, & adiunctionis dicti Comitatus insigni Curiæ Parlamenti Delphinatus.



[illegible]


Impensis PETRI CHARVYS, eiusdem Vrbis Bibliopolæ in vico Palatij, Anno Salutis,

[illegible]

¶Rubricæ statutorum generalium factorum per dominum gubernatorē Delphin. locumtenentē domini nostri domini Delphini Viennen.



¶Certæ litteræ regiæ & Delphinale



Finis Tabulæ.



GENEALOGIA DELPHINORVM VIENNEN.



OTANDVM est quòd Delphinatus & Comitatus Sabaudiæ incæperunt Anno natiuitatis Domini, Millesimo Centesimo trigesimoquinto : videlicet post mortem Bosonis regis Vienn. & Arelate incipiendo à Guigone Gras Delphino Vienn. Comite Albonis.

¶ Primo dictus Guigo Gras Delphinatus Vien. comes Albonis, qui in monasterio sancti Roberti Grationopolit. diocæsis, quod ædificauit sumpto habitu monachali, lapsis diebus paucis expirauit. Et ibi sepultus vxor sua fuit filia regis Castellæ.

¶ Guigo filius præfati Guigonis Gras vxor sua fuit filia Stephani Comitis Bourgondiæ. Iste Guigo in prelio duro habito inter eum & comitem Sabaudiæ versus Melianum letaliter vulneratus apud Buxeriam castrum suum apportatus: infra paucos dies expirauit, Anno domini Millesimo Centesimo quadragesimo. Et in claustro ecclesiæ Grationopol. sepultus est: vxor verò sua in villa quę Mura dicitur dictæ diœcesis Grationopol. mortua fuit vj. idus februarij, Anno domini millesimo centesimo quadragesimosecundo, Et sepulta fuit in monasterio Muræ dictæ diocæsis quod viuens in seculo fundauerat.

¶ Guigo Comes Delphinus filius Guigonis Comitis Delphini proxime nominati, istę fuit primo nominatus Delphinus, vxor sua fuit neptis Imperatoris: istæ mortuus fuit in castro suo Visillię Grationopol. Diocæsis, Anno domini Millesimo Centesimo sexagesimotertio: & sepultus est in claustro ecclesię Grationopol. in sepulchro patris sui proxime nominati. Et est sciendum quod iste Guigo Delphinus mortuus fuit, relicta dumtaxat vnica filia vocata Beatrix, ad quam peruenit Delphin. matrimonialiter copulata fuit cum Comite sancti Egidij, & Tolose vocato Tallifer: qui Delphinatum per aliqua tempora rexit.

¶ Tallifer maritus Beatricis filiæ Guigonis proxime nominati mortuus est: nullis relictis liberis ex ipsa vxore sua Delphina. Sed

A

ipso Tallifer mortuo fuit ipsa Beatrix matrimonialiter copulata Duci Bourgondię.

¶ Dux Bourgondię fuit Delphinus pro vxore sua prædicta, ex qua natus fuit Andreas Comes Delphinus filius prædicti Ducis Bourgondie, & Domine beatricis Delphine Viennen. vxor vero dicti Andreæ Beatrix filia Marchionis Montisferrati: hic sepultus est in choro ecclesiæ sancti Andreę Grationopol. quam edificauit: & ei successit Guigo eius filius.

¶ Guigo filius prædicti Delphini habuit in vxorem Beatricem filiam Petri comitis de Sabaudia, iste Guigo sepultus est in monasterio monialium prati mollis ordinis carthusiæ Grationopol. Diocæsis quod fundauit: vxor verò sua sepulta est in monasterio Dominorum de Melaus ordinis chartusiæ Gebenen. Diocæsis: quod ipsa fundauit.

¶ Iohannes filius dicti Guigonis in Delphinatu successit: sed antequam compleuisset vicesimum annum de quodam equo quem currebat cadens grauiter lesus est, & infra paucos dies expirauit: relicta vnica sorore Anna, ad quam peruenit Delphinatus, quæ matrimonialiter copulata fuit Humberto domino Turrispini & de Tholomaco: qui Iohannes sepultus fuit in monasterio prædicto de Melaus Gebenen. diocæsis.

¶ Humbertus dominus de Turre & de Tholomaco Delphinus pro vxore sua Anna strennue & prudenter Delphinatum gubernauit. Et post mortem suæ vxoris plures liberos habens tam mares quàm mulieres mũdo relicto habitum chartusiensium suscepit in monasterio vallis sanctæ Mariæ Diensis diocęsis, vbi post paucos dies expirauit, & sepultus ibidem fuit: vxor vero eius Anna mortua est prius, & sepulta in monasterio saletarum ordinis chartusiensium diocęsis Lugdunen. quod ipsa fundauit.

¶ Iohannes filius præfatorum dominorum Humberti & Annæ successit in Delphinatu, qui accepit in vorem Beatrix filiam regis Vngariæ, iste Iohannes veniendo de Auinione, tempore Papę Iohannis in castro Pontisorgio mortuus est & sepultus: & portatus fuit Grationopol. in ecclesia sancti Andreæ, vxor verò sua Beatrix, relicto mundo, fuit monialis: & fundauit monasterium sancti Iusti in royanis Grationopol. diocæsis vbi sepulta fuit.

¶ Guigo filius dicti Iohannis successit in Delphinatu: cuius vxor fuit Ysabella filia regis Francorum: & Iohanne comitisse bourgondiæ

gondiæ, qui Guigo audax & strenuus fuit. Et antequam decimumoctauum annum compleuisset Edoardum Sabaudiæ comitem in pluribus principibus & nobilibus gentibus & aliis quamplurimis, non tantum de terra sua, sed de Bourgondia, Italia, & Alamania, secum coadunatis: castrum de Varey eiusdem Guigonis quondam: idem Odoardus obsederat ad ipsum castrum veniens animosæ pro ipsius recuperatione: prælio ibidem duro & longo, & conflictu maximo cũ suis duntaxat fidelibus & subditis dimissis quampluribus de gentibus ipsius comitis interfectis fugatis & captiuatis, inter quos captus fuit dominus Robertus frater ducis Bourgondię, Iohannes comes Altisdoren. & Guichardus dominus Belliforti castrum suum prædictum recuperauit, & liberauit post hæc aliquibus præsentibus castrum de Perreria: quod comes Sabaudię detinebat, obsedit ante quod castrum super quodam suo æquo præaudacia minis eum appropinquans incaute ambulans per quendam violum, qui astantibus in eodem castro tensa quadam grossa balista à turno ex quodam carrello misso subtus brachium lętaliter vulneratus fuit: ex quo ictu non curans, & quasi malum non habens ad suum tentorium rediens peruenit, vbi ordinatione facta de suis negociis sacramentis ecclesiæ per eum deuotissimæ receptis: carrelloque per quemdam militem germanum ab eius corpore euulso: cum verbis cadens in terram deo spiritum reddidit. Cuius casum eius subditi egre ferentes ad ipsum castrum de Perreria furiosi reuertuntur. Et quos reperiunt de gentibus comitis intra vel ante castrum neci tradunt tanquam furibundi & intrepidi. Et castro deuicto omnibusque in eodem existentibus trucidatis & periculis procul pulsis ipsum castrum funditus euerterunt. Et Guigo nullis relictis filiis in ecclesia sancti Andreæ Grationopol. cum patre sepultus fuit.

¶Humbertus frater dicti Guigonis successit in Delphinatu, qui in vxorem accepit filiam comitis de Montecampo neptem regis Sicilię, à qua vnicum suscepit filium, qui mortuus est viuente patre: quo mortuo idem Humbertus Delphinus Delphinatum dedit & remisit in manibus regis Francorum: & efficitur Patriarcha Alexandrinus Mettensis electus, qui obiit anno Domini Millesimo tricentesimo quadragesimonono, in ciuitate Parisius, & ibi sepultus in ecclesia fratrum predicatorum.

Causæ tractandæ examinandæ & etiam modus procedendi in superiori curia Delphinatus.

IN primis tractabuntur in eodem consistorio causæ patrimoniales domini nostri Dalphini, causæ etiam vltimarum appellationum omnium Dalphin. submissionum quæ ad dictam curiam per expressum factarum, nisi ex causa ipsæ causæ submissionum, alteri seu iudicibus ordinariis videantur comittendæ.

¶Item etiam si ex iusta causa expedire videatur, tractabuntur causæ tam ciuiles quam criminales Baronum potentium, religiosarum & miserabilium personarum. Saluis semper in prædictis omnibus capitulis Dalphinalium libertatum.

Modus verò & ordo procedendi in dicta superiori curia seruabitur prout infra.

NAm in causis patrimonialibus oblata petitione per procuratorem fiscalem, vel etiam contra ipsum porrecta ipsius petitionis copia, simul cùm citatorum destinabitur parti reæ: cui quindecim dierum terminus à die executionis: & ipsa die minimè computata præfigetur adminus ad respondendum petitioni prædictæ: & in eis procedetur ordine quo in causis priuatorum infrascripto. In aliis autem causis priuatorum in dicta superiori curia per supplicationem seu petitionem inchoandis mittetur etiam reo citando sumptibus actoris copia petitionis seu supplicationis, eidem si reperiatur aliàs domi eius familiæ per executorem tradenda & citabitur dictæ supplicationi vel petitioni remissurum ad diem quintadecimam à die executionis ipsius computandum, & executio huiusmodi ad relationem seruientis per notarium publicum in scriptis redigetur.

¶In ipso autem citationis termino si reus per se, vel per procuratorem instructum exceptiones proponat in forma debita, sufficientes & admissibiles, quæ litis contestationem solent impedire, & actorem ab agendo repellere ad eas probandas, admittatur terminis competentibus inferius ad probandum exceptiones reorum declaratis.

¶Si verò reus respondeat vel differat contumaciter aut aliis per subterfugia respondere attento quod in causis summariis litis contestatio non exigitur, tunc præstito à partibus vel ab actore præsentę calũnię iuramẽto ad vlteriora procedatur, & parti actrici ad iustificãdũ, vel si petierit ad ponẽdũ articulãdũ termin⁹ quindecim dierũ assignetur: & hoc in causis quæ sũmã cẽtũ florenorũ nõ excedẽt.

quindecim dierum terminus præcisus & peremptorius ad quascũque exceptiones & defensiones sibi competentes simul & semel proponendũ eidẽ assignetur ad easdem vlterius minime auditurũ.

¶ Quoquidem aduenien. termino productorum hincinde copia concessa si pars actrix ad probandum suas intentiones & replicationes, vlteriores dilationes petierit alius quindecim dierum vel ad longius inspecta causæ & personarum qualitate, & locorum distantia ac temporum opportunitate vnius mensis terminus pro tertio & vltimo ac peremptorio termino eidem concedatur. Et si fortè reus qui iam suas exceptiones proposuerit per responsionem actoris crediderit releuari, ordo modus & compulsio in responsionibus per partem ream fiendis superius statuti in reo contra actorem per omnia obseruentur, similésque dilationes reo postulante ad sua probanda, proposita & exceptiones necnon duplicationes factas aduersus replicationem actoris, vt in actore dictum est in omnibus & per omnia concedantur.

¶ Verùmtamen si partes ipsæ vel ipsarum altera ad probandum suas intentiones vel defensiones replicationes & duplicationes, vnica dilatione pro omnibus sint contentæ, detur petenti terminus competens præcisus & peremptorius iudicantis arbitrio, ad probandum, qui tamen duorum mensium spacium quantacunque lis seu quæstio fuerit non excedat, & siue vna siue plures dentur dilationes ad probandum partes, ipse vltimo & peremptorio termino assignentur, & publicationem testium interim producendorum & examinandorum audiendam, & inde prouideat curia congruo & opportuno tempore de sufficienti commissario pro ipsorum testium examinatione, & etiam si expediens videatur relatione fienda. Et si quæ per partes congruo tempore dentur interrogatoria, recipiantur per curiam & resecatis resecandis secundum ea testes examinentur.

¶ Die verò ad testium publicationem assignata attestationes ipsorum testium aperiantur & publicentur, quorum copia vtrique parti concessa ad dicendum & obiiciendum in dicta, & personas ad postulationem alterius partium vel ambarum & aliàs non quindecim dierum terminus assignetur.

¶ In quoquidem termino si pars excipiens obiectus contra personas testium dederit pertinentes, recipiantur & admittantur, facta tamen sigillatim specificatione criminum & aliorum obiectorũ in suis articulis contentorũ, aliter non. Et eorũ copia aduersario

tradita si petatur ad eosdem probandos quindecim dierum aut ex iusta causa arbitranda per curiam triginta dierum terminus ad longius assignetur, idémque terminus parti aduersæ si contra dictos obiectus articulos defensorios dare voluerit, & etiam similes dilationes ad eosdem probandos concedantur, prius tamen præstito à partibus iuramento quod ad hæc ex malitia non procedunt.

¶ Prædicta autem locum habebunt in casu quo post publicationem testium partes ipsæ seu ipsarum altera in dicta & personas se ad obiiciendum admitti petierint, vt est dictum, aliàs autem facta publicatione, illicò aut etiam in casu altero prædicto post præmissorum obseruationem dictis partibus instantibus seu altera ipsarum etiam si tunc videbitur conclusione nõ facta ad audiendũ sententiam terminus congruus assignetur, & talis quod partes si velint possint interim & per octo dies ante terminum sententiæ tradere iuris allegationes.

¶ Et vt partes ipse in suorum probatione iurium atque defensionum se exhibeant, promptiores duximus statuendum quod in singulis suprà statutis terminis ipsæ partes & earum quælibet ad producendum instrumenta & litteras probatorias ante conclusionem admittentur.

¶ *De litteris compulsoriis & præcisis concedendis.*

SI actor à compulsoriis litterariis suum voluerit inchoare processum exhibito in forma publica obligationis vel submissionis instrumento compulsoriæ litteræ cum diei assignatione, videlicet quindecim dierum ad minus ab executione earumdem computandorum concedantur: quarum copia reo sumptibus actoris per executorem mittetur, & earum executio à tergo litterarum manu notarij publici scribatur.

¶ In quoquidem termino si reus legitimæ compareat se opponendo ad alteram infrascriptarũ exceptionũ, videlicet excõmunicationis, falsi, transactionis, rei iudicatæ, solutionis, præscriptionis, & pacti de nõ petendo, dumtaxat admittatur, & dictæ compulsoriæ eo casu vim habeant summariæ petitionis, actor verò pro suarum iustificatione litterarum instrumentum obligationis, tunc producere teneatur, & parti reæ si hoc postulet copia eiusdem concedatur ad proponendum & declarandum latius dictas exceptiones, seu alteram ex ipsis, qua seu quibus se iuuare voluerit terminus quindecim dierum assignetur peremptorius.

¶ Quo adueniente termino omnium & singulorũ per reum proposito-

positorum & productorum actori si petierit copia concedatur. Et demum circa dictarum exceptionum responsiones probationes, & etiam in replicationibus per actorem faciendis, & duplicationibus rei ac probationibus ad eas ordo & mod⁹ procedēdi dict⁹ superius in causis per petitionē vel supplicationē inchoatis obseruetur.

¶ Si autem reus personaliter apprehensus non compareat in termino assignato: aut comparendo alteram vel alteras dictarum exceptionum, non opponat praecise literae actori, concedantur vim & auctoritatem rei iudicatae obtinen. & lapsis decem diebus executioni demandentur. Alioquin si reus in citatione non fuerit personaliter apprehensus, nec in termino comparuerit assignato, iterato citabitur, prout supra, consimili quindecim dierum termino sibi dato, in quo si compareat in omnibus & per omnia procedatur: vt supra dictum est in reo personaliter apprehenso: aliàs autem in eius contumaciam praecise litterę concedantur, prout suprà, & pręddicta locum habeant in casu quo reus citationum tempore à toto Delphinatu non abesset. Si verò abesset & longa speraretur absentia, vel aliàs & mora euidenter esset actori damnosa, nec defensor appareat, detur curator bonis cum quo procedatur vt supra, nisi longiores viderentur dicto curatori, qui factum rei verisimiliter potest ignorare dandae dilationes.

¶ *Ordo & modus procedendi corā ordinariis & delegatis iudicibus Dalphin.*

ORdinarij & deligati iudices in causis ciuilibus quae summam seu valorem decem scutorum non excedent summariae & absque libello in scriptis procedēt, & omissis aliis iudiciorū strepitibus sola facti veritate inspecta breuē & expeditam iusticiā partibus ipsis ministrabunt, calumnię aut & malitiae necnon & veritatis iuramentum, vbi & quando eis iustum videbitur à partibus exigent.

¶ In aliis verò maioribus causis omnibus coram praedictis iudicibus agitandis siue per petitionem supplicationem, aut per compulsorias literas inchoentur ordo & modus procedendi, datus in superiori curia Delphin. seruabitur suprascriptus, volentes & ordinantes susuper quod ipsi iudices possint & valeant si eis videatur in quibuscunque causis procedere summariae simpliciter, & de plano sine iudiciorum strepitu & figura, necnon & praedictas dilationes, proinde artare & diminuere secundùm causae & personarum qualitatem & locorum distantiam, prout eis videbitur expedire, nonobstantibus ordinationibus supradictis, terminos verò & dilationes supradictas eis differre & protelare minime liceat vllo modo.

¶ Item quod ius reddentes possint & valeant in qualibet litis parte vbi æquum & rationabile eis videbitur facere interrogatoria partibus principalibus, vel alteri ex ipsis pro veritate eruanda, quibus ipsæ partes respondere teneantur, & ad hoc cogantur per pœnarum impositionem & aliis iuris remediis opportunis.

¶ Et si aliqua partium à diffinitiua vel interlocutoria sententia, aut aliàs à quouis alio grauamine duxerit appellãdum, volumus & ordinamus quod ipse appellans simul cum appellatione & eodem instanti quo appellatio interponetur, vel saltim infra decem dies qui dantur ad appellandum, loco tamen & tempore congruis apostolos & litteras dimissorias à iudice à quo appellatũ fuerit, petere teneatur vlterius minimè audiendus: ipse verò iudex dictos appellatos ipsi appellanti incontinenti, vel ad longius infra decem dies à tempore petitionis eorundem numerandos, vnico tantùm & certo termino assignando in forma debita breui & clara concedere teneatur, aut grauamen in casu à iure permisso reuocare: aliàs verò ad dictum iudicem dictorum appellatorum prætextu ipse appellãs redire minimè sit adstrictus.

¶ Item in quibuscunque causis coram iudicibus Delphinalibus ordinariis etiam per commissionem agitatis à quibus appellationes emittentur seu interponētur, appellari debeat ad iudicem appellationum Delphinatus, coram quo prædictæ appellationes tractabuntur, & examinabuntur, per prius etiam si ad dominum Gubernatorem Delphinatus, ommisso medio prædictæ appellationes fuerint introductæ.

¶ Item quod iudex à quo appellabitur caueat, quod in casu quo dabit apostolos dimissorios, vel reuerentiales parti quæ appellauerit terminũ, statuat ad lõgius quadraginta dierum à tẽpore latæ sententiæ numerandorum ad suam appellationem introducendã coram iudice, ad quem appellatio deuoluetur: sin autem dentur refutatorij, vel nulli concedantur apostoli petiti: tunc pars appellans teneatur, & debeat infra dictos quadraginta dies, die dicta, siue minime computato suam introducere appellationem: aliàs eius appellatio sit, & reputabitur deserta.

Ordo & Modus procedendi in causis appellationum.

¶ In appellationibus ab interlocutoriis, præceptis, & ordinationibus interiectis, si pars appellans suam appellationem introducendo instrumentum appellationis in publica forma exibeat: & iudex appellationis ex causis in ea contentis, ipsam videat admit-

admittendam litteras concedat opportunas: quarum vigore pars appellata citabitur termino congruo locorum distantia & facti qualitate pensata, qui triginta dierum spacium non excedat: & etiam iudici à quo & notario causæ scribetur, quod acta coram ipsis habita pictam appellationem duntaxat tangentia collationata clausa & sigillata transmittant appellantis sumptibus moderatis:& quod nihil noui fiat interim dicta dilatione pendente.

¶ Prædicto autem citationis termino absque libelli vel alterius petitionis oblatione. Appellans acta prædicta producat,&nisi partes alia petierint eisdem per appellationum iudicem ad audiendum sententiam terminus assignetur. Si verò partes ipse vel altera ex ipsis copiam actorum postulent,& alium terminum ad dicendum & allegandum quæ sua putauerint interesse eorum concessa copia ad dicendum & allegandum quicquid dicere & allegare voluerint xv. dierum terminus præcisus & peremptorius assignetur.

¶ In quo quidẽ termino supra proximè assignato, iudex appellationis ad suam sententiam seu ordinationem audiendam super dicta appellationis causa terminum congruum dicti partibus absque vlteriori processu assignabit. Si verò pars appellans acta non produxerit termino suprascripto, prospecta & considerata ipsius appellantis desideria vel diligentia aut iudicis & notarij causæ principalis defectu. Iudex ipse appellationis aut causam & partes iudici à quo remittendo aut aliam dilationem terminum, tamen quindecim dierum non excedentem cum opportunis litteris concedendo:& ad alia incumbentia procedet, seruato tamen suprascripto ordine prout eius peritè videbitur procedendum.

¶ In appellationibus verò interpositis à sententiis diffinitiuis exibito prius iudici appellationũ per ipsum introducen[illegible] instrumento appellatur: prout suprà si de dicta sententia & apostolorum obtentu vel saltim eorum petitione sufficienti iudici constiterit: litteræ citatoriæ & inhibitoriȩ concedantur in forma. Si verò non constet de sententia, cæteris tamen quæ supradicta sunt exibitis, tunc cõcedantur litteræ citatoriæ cum inhibitione quod interim nihil noui fiat dilatione pendẽte: inquibus etiam litteris pro sententia clausa & sigillata transmittenda eodem citationis die scribetur: qui tamen terminum quindecim dierum non excedet.

¶ In ipso autem citationis termino copia sententiæ & appellationis parti petenti concedatur. Et nihilominus ad libellandum vtráque pars, si voluerit, videlicet, appellans ad dandum libellum

appellatorium, appellatus verò confirmatorium admittatur, ad quod faciendum & libelli copiam dantis sumptibus aduersario tradēdum quindecim dierum terminus præcisus & peremptorius eisdem assignetur.

¶ Adnenien. vero termino suprà proxime assignato libello hincinde per partes vel alterutram ipsarum oblato vicissim dictæ partes respondeant, vel saltim altera cui porrectus fuerit libellus quindecim dierum termino per iudicem statuendo. Túncque ad ponendum & articulandum vtrique parti, si voluerit prędictus quindecim dierum terminus præcisus & peremptorius assignetur.

¶ Præmisso autem termino supra proximè assignato, si partes ipse aut ipsarum altera positiones tradant, & articulos ex libello tantū dependentes iudex ad producedum acta terminum assignabit pro vt infra. Si verò in eorum articulis & positionibus aliqua de nouo proponant: tunc circa eorum admissionem vel repulsionem responsionésque & probationes ad ea faciendas, ac etiam in exceptionib. replicationib. & defensionib. faciēdis proponēdis & probādis: necnon in interrogatoriis admittendis & resecandis. Et demum ad alia ipsi causæ incumbentia iudex ipse appellationis, seruato ordine & modo procedendi, qui in causis ordinariis quæ in superiori curia Delphinatus agitantur, suprà datus fuit & statutus procedet pro vt fuerit procedēdum: prouiso insuper quod iudex appellationis circa actorum primæ instantiæ transmissionem parti cui earum incumbet productio in prima probationum dilatione litteras concedet opportunas. Volentes & ordinantes insuper quod iudex appellationum in Delphinatu, seu quilibet ad causam, seu causas appellationis delegatus possit & valeat in omnibus causis, summariè simpliciter & de plano & absque iudiciorum strepitu & figura procedendo, terminos & dilationes suprascriptas considerata locorum, distantia, personarum, & causę qualitate eius arbitrio breuiare non autem prolongare non obstantibus ordinationum suprascriptarū.

¶ Postremo verò adimpletis & seruatis omnibus obseruandis dictus iudex ad audiendum diffinitiuam sententiam dictas partes certo & congruo termino assignabit.

¶ In singulis autem terminis & dilationibus per ius reddentem in prima, & alijs sequentibus instantijs datis & assignatis, si altera partium non satisfaciat termino iuxta assignationem sibi factam, tunc in eius contumaciam altera parte petente ad vlteriora procedatur

procedatur ipſo contumace ad illum actum vlterius non admiſſo.

¶ Item ſtatuimus & ordinamus quòd in ſingulis cauſis ſupradictis in caſu quo dies aſſignationis iudicis vel citationis eius mandato factæ cadat ad diem feriatã, ipſa aſſignatio vel citatio ad diem non feriatam immediatæ ſequens ſit & eſſe intelligatur.

¶ *Ordo ſeruandus in executione rei iudicatæ & præciſarum.*

¶ Lata ſiquidem ſententia condemnatoria quæ nulla appellatione ſuſpenſa in rem tranſiuit iudicatam ſuper actione reali mixta in rem ſcripta, & ſimilibus mittatur actor auctoritate iudiciaria per executorem Delphin. in poſſeſſionem rei ſibi adiudicatæ, quæquidem miſſio in poſſeſſionem notificabitur parti condemnatæ, & per eundem executorem inhibebitur eidem, ne dictum miſſum in poſſeſſionem deinceps perturbet, in eadem in qua Iudex in poſterum eundem manuteneat & defendat, ſub pœna arbitrio Iudicis imponenda & taxanda.

¶ In actione verò perſonali lata ſententia ordinatione vel mandato iudiciali, quæ nulla appellatione ſuſpenſa in rem trãſiuit iudicatam executor cum litteris iudicialibus executoriis ád domum habitationis debitoris accedat, & ab eodem ſi reperiatur aliàs à domeſticis ſuis vno vel pluribus requirat, vt ſibi tradant vel indicent bona mobilia, vel ſe mouentia inquantanda & venalia exponenda in executionem rei iudicatæ, quæ ſi tradantur vel reperiantur publicæ & in locis & horis ſolitis inquantentur & ſubhaſtentur, videlicet ſi bona quæ inquantabuntur ſummam quinquaginta florenorum non excedant primo die fori, & deinde alia die ſequenti. Si verò excedant dictam ſummam etiam die fori, & deinde duobus diebus continuis immediatè ſequentibus. Et in vltimo dictorum inquantuum plus offerenti vel offerentibus per præconẽ publicum liberentur & expediantur, nullo verò emptore apparente liceat ipſi creditori ad cuius inſtantiam dicta bona fuerunt capta, in quolibet dictorum inquantuum vel altero ipſorum præcium pro dictis rebus offerre. Et demum ipſa vltima die nullo alio in licitatione vincente & maius precium offerente ipſa bona eidem creditori tanquam plus offerenti per dictum præconem liberentur & expediantur.

¶ Si verò debitor vel eius domeſtici eo abſente differant per vnam diem naturalem indicare vel tradere bona mobilia ſufficientia pro principali debito & expenſis, executor poſſit lapſa dicta die capere de bonis mobilibus ſi reperiantur, vel immobilibus pro-

prietatibus redditibus iuribus seu actionibus debitorum ad electionem creditoris. Quæquidem capta inquantentur & subastentur publicè more locis & horis consuetis, videlicet bona mobilia, prout suprà. En immobilia bona & alia iura per duos dies fori, inter quos duos dies fori sit interuallum sex dierum si debitum pro quo inquantabuntur summam quinquaginta fllorenorum non excedat, si autem summam prædictam quinquaginta florenorum excederet quantacunque fuerit illa summa per tres dies fori dicta bona immobilia & cætera iura inquatentur & subastentur palam & publicæ prout supra. Et vltima die fori plus offerenti vel offerentibus & in licitatione vincenti vel vincentibus librentur & expediantur aut aliis in defectu alterius emptoris eidem creditori in dictis bonis seu iuribus precium offerēti, vt supra in bonis mobilibus vt dictum est, librētur per dictum præconem & absque alia citatione vel processu eidem expediantur.

¶Et ne ipse debitor se læsum pretendere valeat vel deceptum fore pro maiori valentia dictorum pignorum & bonorum mobilium vel immobilium & cæterorum supradictorum, possit & valeat idem debitor infrà quindecim dies à die datæ librationis numerandos dicta bona inquantata & librata redimere & recupare soluendo antea principale debitum cum expensis, si summa pro qua vendita fuerint quinquaginta florenos non excedat. Si vero summa pro qua vendita & expedita fuerint quinquaginta florenos vsque ad centum florenos excedat dicta pignora, ipse debitor possit & valeat soluendo vt suprà principale debitum & expensas rehabere & recuperare infra vnum mensem à die dictæ librationis inchoandum. Si autem vendita fuerint & librata pro maiori summa cētum florenorum, quantacunque fuerit illa summa, possit dictus debitor ipsa bona vendita & librata recuperare & rehabere solutis prius principali debito & expensis infra duos menses à die datæ libration. inchoandos. Si verò talia pignora fuerint animalia, ne minus aliis consumantur, nisi debitor, illa infrà quindecim dies à die dictæ librationis proximos redemerit soluendo principale debitum cum expensis, ipse idem debitor lapsis dictis quindecim diebus non audiatur vt suprà quantacumque fuerit summa precij eorundem. Interim verò dictis terminis & dilationibus pendentibus in fauorē debitorū cōcessis, casu qui emptor dictorū bonorū mobilium & se mouentium esse t alienigena vel aliàs facilitate conueniendi suspectus aut infra Delphinatum immobilia non possidet &

præ-

prædicta bona mobilia & ſe mouentia ſubaſtata & librata, vt ſupra ponantur per executorem ſub manu curiæ extrà manus debitorum, & in loco tuto ſequeſtrentur, quibus terminis fluxis eidem emptori liberæ expediantur prout ſuprà: tamen prediƈtis terminis & dilationibus pendentibus de bonis & rebus iuribus & actionibus prediƈtis emptor inueſtituram non petet, nec eius prætextu dominus directus aliquam poſſet prætendere commiſſionem, neque laudemium petere, ſi per debitorem dictæ res & iura redimerentur infrà dictum tempus, neque dictus emptor prędicta bona & cætera iura prædicta dicto termino durãte, alienare poſſet. Lapſis autem dictis terminis non audiatur dictus debitor per viam oppoſitionis appellationis ſupplicationis recurſus aut cuiuſcunque remedij iuris contra inquantus & librationes predictos reiectis inſuper illis oppoſitionibus fieri ſolitis ordinis vel ſolemnitatis omiſſæ, vel quod pro minori præcio talia bona eſſent diſtracta cum ſuper hoc in terminis præcedentibus condemnati, ſi voluiſſent ſibi prouidere potuiſſent volentes & ordinantes, quod ſuper omnibus & ſingulis actibus formam & modum dictarum executionum tangentibus & ex eis dependentibus & connexis, ſtetur & credatur relationi executoris Delphinalis iurati ad dictam executionem deputati, quæquidem relatio in ſcriptis per notarium publicum redigatur.

¶ *Quando debitores incarcerantur.*

¶ Item quod ſi executor reperiat, debitorem aliquam fraudem aduerſus executionem contra eum fiendam committere, aut aliàs impedire vel minas emptoribus aut creditoribus inferre vel facere quominus bona reperiãtur, vel emptor aut aliàs ſi ipſe executor non reperiat bona in quibus faciliter modo prædicto fieri poſſit executio, tūc altero caſuum prædictorum debitor incarceretur, & incarceratus detineatur donec ſoluerit, aut ſecundum ius bonorum ceſſionem fecerit ſuper quibus ſtetur relationi dicti executoris Delphinalis.

¶ *Quod creditores emptores bona & pignora ſint in ſaluagardia Domini.*

¶ Item quod omnia & ſingula bona & pignora prædicta creditoreſque & emptores, res & bona eorundem præſentia & futura ratione præmiſſorum ſint & eſſe intelligantur ſub protectione & ſaluagardia Domini noſtri Delphini à tempore executionis inchoatæ.

¶ De custodia instrumentorum & qualiter inserantur in processibus curiarum ordinariarum.

¶ Item quòd notarij & scribæ causarum in curiis ordinariis & aliis quibuscunque consistorio superiori Delphinatus excepto, instrumenta per partes ad iustificationem suorum iurium producenda in processibus inserant, videlicet clausulas ipsorum facientes ad decisionem causarum cum anno die nominibus testium & notarij duntaxat, & se subscribere post collationem factam cum originali teneantur ipsi notarij, causarum in fine nec restituere audeât instrumẽta partibus nisi de præcepto iudicis, qui ostensis originalibus partibus vel procuratoribus earumdem pro sciendo si aliquis contradicere voluerit suspitionis, vel aliis ipsa reddere possit parti petẽti recepto iuramento de exhibendo illa coram eo, vel superioribus iudicibus suis, si & quando fuerit requisitus; quam promissionem dictus notarius in actis dicti processus sub breuibus verbis scribere teneatur.

¶ De custodia instrumentorum, & quid de ipsis fiet super processibus causarum superioris consistorij Delphinatus.

¶ Item in consistorio superiori Delphinatus notarij & secretarij causarum recipiant instrumenta & litteras per partes producendas, in duobus saccis, ponendo instrumenta & literas actoris in vno, & rei in altero, & de ipsis partib. tradere teneantur recepisse continens annum diem effectũ instrumenti & nomen notarij cum superscriptione ipsorũ secretariorum, dictáque instrumenta seu literas partibus restituere minimè præsumant, sine licentia Domini gubernatoris, vel consilij, sub pœna priuationis eorum officij. Tamen in processibus ipsarum literarum & instrumentorum productionem scribere teneantur suo ordine debito sub verbis breuibus opportunis, continentibus annum diem effectum instrumenti, super eo ad quod probandum producitur nomina testium & notarij cuiuslibet instrumenti, & qualiter reposita sunt in sacco.

¶ De scripturis cedularum & taxa earundem.

¶ Item quod de cætero secretarij consistorij Delphinatus & notarij aliarum curiarum Delphinalium necnon commissariorum, teneantur in qualibet cedula scribere vigintiquatuor lineas, quarum quamlibet contineat sexaginta litteras in effectu, pro qua cedula contenti esse debeant pro causis ciuilibus decem denariis monetæ currẽtis, & pro causis inquisitionalibus seu criminalibus tantumdem in curiis in quibus decima recipi consueuit, & in aliis in quibus

bus non est consuetum recipi decima recipiatur tertium pro scripturis inquisitionalibus plusquam pro scriptituris ciuilibus est taxatum.

¶ De litteris mission. in possessionem hæreditatis, & quod quis in sua possessione seruetur cum diei assignatione, & qua habeant vim summaria petitionis.

¶ Item ordinatur quod litteræ de mittendo in possessionem hæreditatis ex testamento vel ab intestato vel de manutenendo aliquem in possessione sua, in qua fuit, nővi, non clam, nec pręcario, vel reintegrando in sua possessione, non concedantur sine diei assignatione in casu oppositionis vocata parte. Et quòd tales litteræ vim habeant summariæ petitionis.

¶ Quod notarij in processibus verbis superfluis non vtantur.

¶ Item quòd de cætero notarij causarũ in processibus per eos scribendis verbis superfluis non vtantur, & specialiter in examinatione testium, sed summariæ veritate seruata & substantia facti non mutato depositiones testium clare scribant.

¶ De his quæ in sententiis inseruntur.

¶ Item ordinatur quòd in instrumentis sententiarum diffinitiuarum in superiori consistorio & aliis quibuscunque curiis Delphinalibus de cætero ferendarum, inseratur tantum libellus vel supplicatio, seu compulsoria aut summaria petitio : super quibus processum fuerit & sub breuibus verbis recitentur substantialia iudicij quæ in processu obseruata fuerint cum conclusione sententiæ. Si verò reus absoluatur, inserantur exceptiones ipsius, super quibus fundabitur ipsa sententia absolutoria, & alia non inserantur per notarios causarum sub pęna priuationis eorum officij.

¶ De confessionibus obligationibus & quietantiis per notarios curiarum iuratos recipiendis, & de litteris executoriis super ipsis concedendis.

¶ Item ordinatur quòd notarij iurati curiarum Delphinalium iudicaturarum ordinariarum & in matricula scripti possint infra iudicaturam in qua fuerint iurati coram testibus, recipere confessiones obligatorias & quietantias debitorum: & quòd super talibus huiusmodi confessionibus dum tamen cognoscant personas præ-

tium & testium,& sint signo nominis dicti notarij subsignatæ & sigillo dictæ curiæ sigillatę concedantur per dictos iudices litterę executoriæ contra debitorem & eius bona, sine diei assignatione. Lapsis vero duobus annis à tempore lapsi termini solutionis ordinatæ non concedantur executoriæ sine diei assignatione.

¶ *Quod notarij curiarum Delphin. iurati iuramento & aggregationi aliarum curiarum renuncient.*

¶ Item quòd notarij iurati curiarum iudicaturarum Delphinalium ordinariarum non sint alterius curię quàm Delphinalis iurati, & quod illi qui iurati sunt aliarũ curiarum quàm per expressum in curia iudicaturę Delphinalis, sub qua degunt infra mensem post publicationem præsenti ordination. aliis ipso iure sint priuati à beneficio & officio iuratorum curiarum Delphin. ita quòd non habeant potestatem recipiendi obligationes confessiones & quietationes supradictas sub pæna falsi.

¶ *Quòd notarij scribentes in processibus non procurent.*

¶ Item quòd nullus notariorum iuratorum residentium in curiis seu curia dictarum iudicaturarum & scribentium, in processibus ipsius curiæ vtatur officio procurationis in ipsa curia in qua est notarius & scriba pro quocunque extraneo vel partem faciat tacitam vel expressam sub pæna falsi & priuationis ab officio.

¶ *Quòd nullus procurator nomine alterius, nisi instrumentum procurationi exhibeat, comparere audeat.*

¶ Item quod nullus compareat in causis coram quibuscunque iudicibus commissariis vel delegatis Delphinalibus procurator nomine alterius sine exhibitione instrumenti procuratorij & mandati sui, sub pæna falsi, & interesse expensarum partis, & sine exhibitione procuration. notarij causarum comparitionem, talium procuratorum minime recipere teneantur.

¶ *Quòd nullus pro expensis plusquam soluerit exigere audeat, & quod iudices hoc in assisis proclamari faciant.*

¶ Item quòd creditores vel eorũ procuratores nõ exigãt pro expẽsis literarũ & processuũ, vltra quã realiter soluerint à suis debitoribus, directè vel indirectè, siue pro portu literarũ sigillo & scripturis earundem,

earundem, sub pœna pro quolibet quinquaginta marcharum argēti fisci erario applicanda, & quòd iudices iudicaturarum Delphinalium in suis assisiis singulis annis in qualibet castellania de prædictis præconisationes fieri faciant, & in chartulariis curiarum registrari indéque quoscunque transgressores punire teneantur.

¶ *De taxatione sportularum.*

¶ Item quòd iudices delegati pro eorum sportulis si in causa agatur de minori summa decem florenorum nihil à partibus petant. Si verò excedat valorem decem florenorum vsque ad centum florenos exigere non possint à qualibet parte vltra vnum florenum, videlicet medietatem in principio, & aliam medietatem circa finem causæ. De maiori valore centum florenorum quantacunque fuerit summa, non possunt exigere à quolibet parte vltra duos florenos, videlicet medietatem in principio, & aliam medietatem circa finem causæ, si tamen causæ sint vniuersitatis alicuius loci non capiant vltra duplum taxarum prædictarum.

¶ *De præmio pro processibus & aliis adiungendis in causis per notarios habendo.*

¶ Item quòd si in causis appellationum & etiam aliis quibuscunque causis adiungantur aliqui processus informationes vel testium attestationes notarij processuum dictarum causarum dumtaxat, recipiant pro eorum labore vt sequitur, videlicet si tales processus informationes & attestationes non excedant numerum quinquaginta foliorum, vnum grossum. Si verò excedant numerum quinquaginta foliorum vsque ad centum, duos grossos. Si autem numerum centum foliorum quantūcunque excedat, quattuor grossos & non vltra: sub pœna priuationis suorum officiorum.

¶ *De salariis Aduocatorum.*

¶ Item de salariis Aduocatorum qui patrocinium dabunt in causis, non taxabitur parti victrici pro labore aduocati, qui libellum dictabit, seu supplicationem de summa vsque ad valorem viginti-quinque florenorum vltra quattuor grossos, à valore vigintiquinque florenorum vsque ad centum vltra sex grossos, & à valore centum florenorum supra quantacunque fuerit summa vltra duos florenos à numero duodecim, positionum admissibilium & necessariarum infra quattuor grossos, & à dicto numero vsque ad viginti, sex grossos, & deinde pro singulis decem positionibus tres grossos,

De residuis verò actibus patrociniorum in causis præstandorum stabitur arbitrio iudicis secundum laborem & facti qualitatem ac aduocatorum facundiam.

Quod aduocati in eorum certis dictaminibus se subscribant.

¶ Item quod aduocati qui dictabunt libellos supplicationes & quascunque petitiones necnon positionum, articulos, exceptiones & proposita de iure & de facto in ipsis se subscribant & subscribere teneantur.

¶ *De salario procuratorum.*

¶ Item quod procuratores pro eorum dietis quibus procuratoriis nominibus aliarum personarum litigantium in causis comparuerint, exigant à suis principalibus magistris: videlicèt in superiori curia Delphinatus, pro qualibet dieta vnum grossum & tertium alterius grossi & pro qualibet dieta in cæteris curiis tenenda vnum grossum.

¶ *Qualiter aduocati & procuratores practicantes iurabunt.*

¶ Item quod aduocati & procuratores publicè practicantes iurabunt quod causas iniustas scienter non acceptabunt nec sustinebunt postquam cognouerint illas esse iniustas iuxta eorum opinionem, & quod lites quantum poterunt abbreuiabunt, ac pauperibus & miserabilibus personis ab eis consilia & patrocinia petentibus prætextu paupertatis prestare non negabunt, & quod etiam honorem curiæ obseruabunt.

¶ *De salario pro exequutione litterarum castellanis taxando.*

¶ Cæterum visis ordinationibus & statutis per bonæ memoriæ dominum Humbertum quondam Dalphinum factis super taxa salariorum castellanorum & seruientum pro litteris iusticiæ exequendis & citationibus faciendis ordinamus & statuimus, quod de cætero castellani pro exequutione superscriptione & sigillatione cuiuslibet litterarũ quas exequẽtur contẽti esse debeãt pro se & notario de sex denariis monete curren. omni alio prẽmio cessante. Teneantur quod sine mora & difficultate debitam exequutionem facere sub pæna cẽtum solidorum irremissibiliter per eos committenda.

Cuius-

Cuius pænæ tres partes Domino nostro Delphino & quarta denunciatoribus applicentur, & quòd iudices prædicta obseruare teneantur.

¶ *Quot seruientes in castellaniis erunt, & de eorum salario.*

¶ Item quòd in qualibet castellaniarum vsque ad numerum cẽtum focorum & infra vnus seruiens esse debeat, vel plures ad rationem pro quolibet centenario focorum vel circa, ita quòd quin ipsos seruientes pro exequutionibus faciendis accedere oportebit extra locum principalem castellaniæ, pro qualibet leucã salario dimidij grossi ad aurum debeant esse contenti, & pro exequutione facienda infra locum principalem castellaniæ vel eius territorium sex denarios monetæ currente recipiant, & plus recipere non debeant sub pœna priuationis eorum officij.

¶ *Quid præco facere teneatur, & de suo salario.*

¶ Etiam volumus & ordinamus quod præco publicus qui bona & pignora ad inquantum exponenda vendenda & libranda inquantabit & subastabit, ac vendet ipsos inquantatus more & locis solitis & diebus supra statutis, ac librationes & expeditiones eorũdẽ modo & forma superius ordinatis facere teneantur, bene & diligenter & absque fraudæ, palam publice claræ & distinctæ, & pro labore suo inde habendo, & sustinendo subscriptam mercedem, habeat videlicet sex denarios monetæ currente, quando precium talium bonorum seu pignorum non excedet decem florenos, duodecim donarios dictæ monetæ, quando dictum precium maius erit decem florens & viginti florenos non excedet decem & octo denarios prædictæ monetæ currente, quando ipsũ preciũ maius erit viginti florenis & quinquaginta florenos non excedet duos solidos cum dimidio monetæ currente, quando preciũ ipsorũ pignorum seu bonorum maius erit quinquaginra florenis & amplius recipere nõ debeat prędictus præco pro sua mercede huiusmodi quãtacunque fuerit summa precij dictorum pignorum & bonorum & prædicta facere teneatur, & seruare dictus pręco sub pœna priuationis sui officij & decem florenorum.

¶ *Quòd notarij curiarum castellaniarum in inquantibus intersint & de eorum satisfactione.*

¶ Item volumus & ordinamus quod notarij curiæ castellaniæ inqua dicta bona & pignora inquantabuntur & vendentur in ipsis inquantibus esse debeant, & inde instrumenta & literas necessarias pro dictis inquantibus librationibus & expeditionibus di-

ctorum pignorum seu bonorum recipere & grossare sine insertione, sed cum sufficienti designatione litterarum iudicialium executoriarum & grossatas seu grossata in debita forma tradere & expedire emptoribus dictorum pignorum seu bonorum seu aliis ad quos spectabūt pro mercede subscripta, videlicet pro duobus grossis quando præcium non excedet summam triginta florenorum, & pro quattuor grossis, si præcium sum mam triginta florenorum excedat, quantacunque fuerit summa & maiorem mercedem, idem notarius petere & exigere non audeat nec præsumat, & prædicta dictus notarius facere & seruare teneatur, sub pœna priuationis sui officij & decem florenorum.

¶ *Quod seruientes non exigant eorum salarium nisi à creditoribus.*

¶ Item quod seruientes & exequutores Delphinales quicunque sint siue generales siue speciales de labore suo siue salario & expensis satisfieri faciant per creditores, & illos ad quorum instantiam mandabuntur pro citationibus seu exequutionibus faciendis, ita quod de cętero nō audeant vel præsumant debitores contra quos executiones facient pignorare, nec solutionem aliqualem pro salario suo recipere, nedum si ad instantiam partis priuatæ, sed etiam si per firmarios pro emolimento sigilli sententent iarum latarum & decimarum aut scripturarum notariorum quarumcūque curiarum mittantur, vel faciant executionem sub pæna priuationis officij, & restitutionis quadruplici eius quod reperietur: per ipsos executores & ipsorum quemlibet à dictis debitoribus captum & extortum domino nostro Delphino applicanda.

¶ *Qualiter castellani pro expletis exigendis expensas recuperabunt.*

¶ Item quod si castellani notarij mistrales aut exactores ipsos executores transmittant pro expletis curiarum & condemnationibus exigendis, possint à debitoribus quorum contumacia vel culpa fient expensæ per executores in expletis & condemnationibus exigendis dictas expensas exigentes, & de ipsis soluere seruientibus prædictis pro eorum salario & labore in executione subsistētis nec prædicti castellani pro dictis expletis mittant executores, nisi de familiaribus singularibus seu specialibus illius castellaniæ, in qua fient executiones huiusmodi.

¶ *Quod*

Quòd executores in propriis personis executiones faciant & aliis rotulos non tradant.

¶ Item quod quicunque seruientes & executores prædicti qui mittentur pro executionibus faciendis, debeant & teneantur facere executiones per se & in propria persona, non per alium seruien. subrogatum, nec alter alteri rotulum sibi traditum tradere, sub pœna prædicta.

¶ *Quod executores thesaurariæ teneantur numerum & nomina eorum quos pignorabunt castellanis exhibere, & de eorum salario ac pœna eis imposita.*

¶ Item quod executores quicunque sint, etiam si ex parte thesaurarij mittantur, teneantur ire coram castellano, in cuius castellania voluerint facere executiones, & eidem castellano notificare teneantur numerum & nomina illorum contra quos facere intendunt, executionésque scribantur cum anno & die in dorso rotuli vel litterarum executoriarum ad finem, quod inter omnes quos poterit dictus seruiens executare fiat contributio seu æqualiter diuisio soluta quinque grossorum dicto seruien. pro die soluendorum, & maiorem summam dicti debitores non soluant, nec soluere teneantur dicto executori, pro qualibet die qua propter ea debitę vacauerit pro expensis & salario dicti executoris. Et si reperiantur aliter inchoare vel facere executiones, incarcerentur dicti executores, aliter exequentes per castellanum donec responderint & cauerint titulis qui super hoc formentur per notarium curiæ dictæ castellaniæ, & prædicta facere & obseruare teneantur dicti executores & castellani, sub pœna priuationis eorum officij & decem marcharum argenti.

¶ *De modo & forma per castellanos in recuperatione bladorum domini obseruandis.*

¶ Item quod castellani quilibet in sua castellania teneantur facere præconisare anno quolibet per quindecim dies ante terminum, in quo gentes suæ castellaniæ soluere tenebuntur blada domini, vt debentes blada domino in ipso termino, vel saltim infra quindecim dies proximos post ipsum terminum ipsa blada soluant mistralibus, in loco vbi sunt mistrales, seu ipsis castellanis, & in locis debitis & solui consuetis, sub pœna quod lapso dicto termino ab ipsis non soluentibus exigetur præcium quanti plurimi valuerit bladum vsque ad tempus solutionis. Et hanc præconisationem dicti castellani fieri facere teneatur, quislibet castellanus anno quolibet sub pœna priuationis sui officij.

¶ Item quòd dicti castellani seu mistrales durante seu pendente tempore seu termino per dictam præconisationem statuto, teneantur recipere dicta blada à debentibus eadem sine difficultate quacunque, etiam si alios census pecuniarum gallinarum seu aliarũ rerũ domino nostro Delphino debitarum dicti debitores, tunc non soluerint, & si controuersia fuerit super incompetentia bladorum ad ordinationem curialium in locis vbi erunt, vel duorum proborum per iudices in suis assisiis ipsarum castellaniarum anno quolibet ordinandorum, qui criminales seu deputandi sine mora ordinare teneantur super competentia vel incompetentia bladorum sine custu, alias lapso dicto termino, si dictus castellanus vel mistralis ipsa blada recipere recusauerit, ipse castellanus vel mistralis non possit exigere nisi bladum, vel valorem extimationis bladorum quę fuerit pro tempore dictę præsentationis ad electionem debitoris, & hoc sub pæna priuationis eorum officij.

¶ *Quòd castellani à mistralibus blada sine mora recipiant.*

¶ Item quòd castellani à mistralibus teneantur recipere blada prædicta sine mora & difficultate quacunque: & eos inde exonerare sub pæna priuationis officij.

¶ *Quòd castellani & mistrales horrea conducere possint.*

¶ Item quòd dicti castellani & mistrales in locis in quibus dominus nõ habet horrea seu graneria, ea possint conducere pro meliori precio quo poterunt ad domini vtilitatem, donec eis fuerit prouisum de horreis domini, quolibet anno & precium huiusmodi eis allocabitur in eorum computis in camera Delphin. computorum cessante difficultate quacunque.

¶ *De modo & forma quibus castellani & mistrales vina domino debita recuperare debent.*

¶ Item de vinis debitis domino ordinatur fieri præconisatio pro uisio solutionis ex actionis ac ordinario, prout de bladis superius est ordnatum.

¶ *De salariis commentariensium.*

¶ Item quòd in quacunque parte Delphinatus vbi reperitur esse consuetum exigi ab incarceratis vnam libram piperis pro introi-

introitu commentarienses, de cætero non capiant dictam libram piperis ab incarceratis nisi incarcerentur pro capitalibus criminibus, vel pro furto amotione terminorum depopulatione arborum, vel rebellione, pro debito verò pecuniario vndecunque procedat nihil exigatur etiam si fuerit fiscale, nisi pro debito fiscali vel priuato persona suspecta ex ordinatione iudicis præciperetur in firmo carcere per commentariensem custodiri: pro quo casu vltra dimidium grossum pro die & nocte, pro custodia & labore ac lecto non capiatur. Verùm quia super expensis victualium dicti subditi quamplurimum retroactis temporibus fuerunt grauati, vt eis in futurum prouideatur, ordinatur quòd incarcerati suis propriis sumptibus de cætero prout voluerint se alimentēt, & expensis propriis castellanorum vel commentariensium viuere non cogantur, pro custodia verò & labore dictorum incarcerandorum vltra dimidium grossum pro die & nocte non capiatur, nisi grauitas excessuum & qualitas personæ custodiam specialem exigant: & tunc relinquatur taxatio dicti salarij & laboris arbitrio iudicis, qui de casu est cogniturus, & si aliquæ personæ infrà ambitum domus dictorum carcerum fuerint sub pæna vel simpliciter arrestatæ, absque eo quòd custodia commentariensis fuerint commendatæ, ipse commentariensis nihil à dictis sic arrestatis exigat pro custodia, neque pro pipere, si verò in custodia dicti cōmentariensis tales personæ fuerint commendatæ, ab ipsis pro custodia & cubili dimidium grossum pro die & nocte commentariensis exigere possit, & non vltra.

¶ *Quòd inuentaria bonorum mortuorum sine requisitione personæ interesse habentis non fiant.*

¶ Item quia in libertatibus patriæ Delphinatus concessis capitulum sequens continetur, videlicet. Item voluit concessit ordinauit & declarauit præfatus dominus Delphinus, quòd per quamcūque curiam Delphinalem non fiant vllomodo nec fieri debeant, neque possint, inuentaria bonorum quorumcunque subditorum Delphin. morientium, nisi ad requestam eorum hæredum vel substitutorum aut executorum illorum morientium, vbi testamento facto illos contingeret mori, vel nisi ad requisitionem propinquorum, vel qui haberent ab intestato succedere, aut propinquorum pupilli vel pupillorum qui debent succedere mortuo ab intestato, vel in aliis casibus in iure expressis quacunque consuetudine contraria:

non obstante prædicta concedens idem dominus Delphinus, dummodo bannereti Delphinales in terris suis faciant, illud idem præcipimus & ordinamus, quod prædictum capitulum de puncto ad punctum obseruetur per iudices & castellanos & cæteros officiarios Delphinales, sub pæna vigintiquinque librarum domino nostro Delpgino, pro quolibet qui contrarium fecerit seu attentauerit vice qualibet qua contra factum vel attentatum fuerit applicanda: datum Grationopol. mẽsæ februarij. Anno à natiuitate domini Millesimo tricentesimo nonagesimo nono, regnante serenissimo principe domino Karolo Dei gratia Francorum rege Delphin. Viennensi.

¶ Per dominum gubernatorem locumtenentem dicti domini nostri Delphini Viennen. vicarij imperialis in consilio expedita.

Aarmineti.

¶ *De taxatione instrumentorum.*

POstquam anno quo supra & die decima dictis mensis februarij, nos idem gubernator Delphinatus & locumtenens supra dictus ex deliberatione consilij Delphinalis, quo erant reuerendus in Christo pater dominus Aymo episcopus Grationopol. domini Iohãnes Sarpe in vtroque iure, Guillermus Geliuõ in legibus licentiati, & Iacobus de sancto Germano aduocatus & procurator fiscalis generalis Delphin. consiliarij Delphinales prædictis statutis & ordinationibus, duximus adiungendum, quod notarij, qui instrumenta tam in iudicio quam extra recipient quę non sigillãtur. Sed in prothocollis notariorum notantur, registrantur, & deinde in pergameno grossantur de & pro eorum mercedibus habeant & recipiãt vt sequitur, videlicet, pro instrumento procurationis ad lites tantum tres grossos, & si fiat apud acta duos tertios grossi pro instrumento procurationis, ad lites & negocia quatuor grossos, pro instrumento emptionis & venditionis in forma communi à viginti florenis infra sex grossos, à viginti florenis vsque ad quinquaginta florenos nouem grossos, à quinquaginta florenis vsque ad centum florenos vel circa, vnum florenum, à centum florenis vsque ad ducentos florenos vnum francum. Et deinde à ducentum florenis pro singulis centum florenis vsque ad mille florenos, duos grossos: & deinde pro quolibet miliari dimidium florenum. Et si fuerit

rit extra formam comunem venditio fiat notario debita de labore taxatio & satisfactio pro instrumento permutationis taxatur secundum formam & qualitatem venditionis proxime dictas. Pro instrumento confessionis & obligationis alicuius debiti. Itē mutui respondere constitutionis emphyteosis donationis inter viuos & similium contractuum nominatorum taxatur secundum formam & qualitatem venditionis supradictas. Pro instrumento compromissi si fiat in forma communi cum sententia sit vnū florenum, si verò de intrincato & difficili negocio nisi partes conueniant sint ad arbitrium iudicantis pro instrumento transactionis prout supra præcedenti. Pro instrumento arresti alicuius compūti seu administrationis si sit in forma communi vnum florenum super aliis quæ non sunt in forma de communi, nisi partes concordent remittantur arbitrio iudicis. Pro instrumento quietantiæ, soluatur medietas taxationis in contractibus nominatis factæ pro instrumento testamenti, videlicet de communibus, & communibus facultatibus duos florenos, de aliis stetur arbitrio iudicis. Pro instrumento clausularum testamenti in quo ponuntur institutiones dimidium florenum, si sit de communibus & de aliis stetur arbitrio iudicis. Pro instrumento quietantiæ alicuius debiti, in quo quis alteri est per instrumentum vel aliàs obligatus taxantur tres grossi vsque ad summam viginti francorum, & vltra dictam summam sex grossi. Pro instrumento inuentarij bonorum mobilium & immobilium alicuius stetur taxationi iudicis secundum laborem & scripturas, si partes non concordent. Pro instrumento homagij seu fidelitatis pro re seu feudo valoris annui decem librarum bonæ monetę, vel minoris soluantur sex grossi maioris valoris, decem librarum vsque ad viginti libras octo grossi maioris valoris, viginti librarum vsque ad quinquaginta libras vnus florenus maioris valoris, quinquaginta librarum vsque ad centum libras decem octo grossi maioris valoris, centum librarum vsque ad ducentas libras duo floreni maioris valoris, ducentarum librarum vsque ad quingentas libras tres floreni maioris valoris, quingentarum librarum vsque ad mille libras, quatuor floreni & maioris valoris mille librarum prædicti quattuor floreni, & vltra duo floreni pro valore cuiuslibet milliari librarum bonæ monetæ. Item pro instrumento retentionis & inuestituræ alicuius rei emptæ vel aliàs acquisitæ, taxantur tres grossi. Pro minori summa quinquaginta florenorum

& sex grossi pro maiori summa quinquaginta florenorum. Item pro instrumento recognitionum recipiatur secundùm laborem, & nisi partes conueniant ad taxationem iudicis: datum Gratianopoli anno & die quibus suprà.

¶ Per dominum gubernatorem locumtenentem, vt suprà in consilio quo erant domini consiliarij suprà proximè nominati.

Aarmineti.

¶ *Reformatio inquantuum & executionis rei iudicatæ.*

GOffredus le Meugre, dictus Bonciquant, dominus de Borbonnæ, Cambellanus & Consiliarius Regius, Gubernator Delph. & Locumtenens illustris principis domini nostri Delphini Vienn. Vicarij imperialis dilectis nostris iudicibus, cæterísque officiariis per vniuersum Dalphinatum constitutis, eorumque cuilibet vel locatenentibus eorundem salutem. Concessæ nobis gubernationis cura nos valde sollicitat, vt nedum subditorum vtilitatibus intendamus: verùmetiam ipsorum indemnitatibus sollicitè prouidere curemus à prædecessoribus, siquidem nonnulla plerumque rationabiliter ordinantur & consultæ quæ suadente subiectorum vtilitate postmodum consultius & rationabilius reuocantur, & in melius committantur. Sanè fuit olim à magnifico prædecessore nostro domino Iacobo de Monte Mauro quoddam super executione rei iudicatæ, & præcisarum statutum promulgatam intitulatum ordo seruandus in executione rei iudicatæ & præcisarum: ex quo sicut nobis quærela frequens multorum insinuat diuersísque experimentis probata creditorum auaritia, tam in ipsorum apprehensione pignorum excessiua vilique distractione, & irrationabili liberatione secuta, quàm etiam ex temporum angustia in eodem statuto comprehensorum abutentium ipsius facti euidenti testificatione monstratur, quanta miseris ipsis debitoribus parantur incommoda, quorum res & bona, & aliquando omnis eorum substantia vltra omnem impietatem & auaritiam à suis creditoribus modico prætio retinentur: adeo quod eorum aliqui vsque ad extremam paupertatem deducti publicè mendicare coguntur: nos itaque assiduis prædictorum subditorum, & præcipuè procuratoris generalis & trium statuum Delphinatus, interpellationibus inclinati, volentes super hoc salubre remedium adhibere, communicatóque honorabilium virorum dominorum venerandi consilij Delphinalis & aliorum diuersorum

vtriusque

vtriusque status iam dictæ patriæ maturo & deliberato consilio prælibatum nostri antecessoris statutum, quod hic litteraliter prosequimur, eidem in quibus conuenit supplendo addendo & etiam detrahendo hoc nostro præsenti decreto, duximus in modum qui sequitur reformandum. Lata siquidem sententia condemnatoria, quæ nulla appellatione suspensa in rem transiuit iudicatam super actione reali mixta & in rem scripta & similibus mittatur actor auctoritate iudiciaria per executorem Delphin. in possessionem rei sibi adiudicatæ, quæquidem missio in possessionem deinceps notificabitur parti condemnatæ & per eundem executorem inhibebitur eidem, ne dictum missum in possessionem deinceps perturbet in eadem, in qua iudex inposterum eundem manuteneat & defendat sub pœna arbitrio iudicis imponenda & taxanda. In actione vero personali lata sententia ordinatione vel mandato iudiciali quæ nulla appellatione suspensa in rem transiuit iudicatam executor, cum litteris iudicialibus executoriis ad domum habitationis debitoris accedat, & ab eodem si reperiatur aliàs à domesticis suis vno vel pluribus requirat, vt sibi tradant vel indicent bona mobilia, vel se mouentia inquantanda & venalia exponenda in executionem rei iudicatæ, quæ si tradantur vel expediantur publicæ & locis & horis solitis inquantentur & subastentur prout infrà: si vero debitor vel eius domestici eo absente differant per vnam diem naturalem indicare vel tradere bona mobilia sufficientia, pro principali debito & expensis executor lapsa dicta die capiat de bonis mobilibus, si reperiantur, vel immobilibus proprietatibus redditibus iurribus seu actionibus debitorum ad electionem creditoris: prouisò tamen quòd nisi in defectu aliorum pignorum immoderata seu importuna pignora nõ capiantur: videlicet quæ duplo plus valeant, quàm id pro quo capientur ascendat: pignora verò capta publicè more locis & horis consuetis inquantentur, & subastentur, vt sequitur. Nam si pro minoribus debitis quæ summam centum solidorum non excedant, fiat executio prima die fori, & die immediatè sequenti inquantabuntur, & à dicta summa vsque ad quinquaginta libras, duobus proximis diebus fori, inter quos sit interuallum sex dierum: vltra verò dictam summam quinquaginta librarum quantacunque fuerit tribus diebus fori continuis per similia interualla, fient subastationes & inquantus, & in vltimo dictorum inquantuum plus offerenti,

vel offerentibus per præconem publicum liberentur & expediantur:nullo verò emptore apparente liceat ipsi creditori, ad cuius instantiam dicta bona fuerint capta, in quolibet dictorum inquantuum vel altero ipsorum præcium pro prædictis rebus offerre:& demum ipsa vltima die nullo alio in licitatione vincente,& maius præcium offerente,ipsa bona eidem creditori (tanquam plus offerenti) per dictum præconem librentur & expediantur. In locis autem in quibus forum siue mercatum non habetur,fient inquantus diebus ibidem fieri solitis: dummodo non fiant minora interualla quod sint superius declarata. Et ne ipse debitor se lesum prætendere valeat,vel deceptum fortè pro maiori valentia dictorum pignorum,& bonorum mobilium vel immobilium &cæterorum supradictorum,possit & valeat idem debitor (si summa pro qua pignora vendita fuerint centum solidos monetæ currentis non excedat) eadem pignora redimere & recuperare infra quindecim dies à die librationis inchoandos: soluendo tamen antea principale debitum & expensas: si verò excedat dictos centum solidos vsque ad quinquaginta libras ea redimere poterit vsque ad vnum mensem: & à quinquaginta libris vsque ad centum libras habebit debitor duorum mensium inducias ad ipsa pignora redimendum. Vltra verò summam centum librarum quantacunque fuerit soluendo debitor principale debitum, cum expensis pignora capta & librata, redimere & rehabere poterit infrà quattuor menses à die dictæ librationis computandos: interim verò dictis terminis & dilationibus pendentibus in fauorem debitorum concessis,casu quo emptor dictorum bonorum mobilium & se mouentium, esset alienigena vel aliis facilitate conueniendi suspectus: aut infrà Delphinatum immobilia non possideret prædicta bona mobilia & se mouentia ponantur per executorem sub manu curiæ, & in loco tuto sequestrentur, nisi debitor idonee caueat prout declarabitur infrà. Animalia verò quæ pro maiori summa centum solidorum quantacunque sit capta, & distracta fuerint per debitorem, redimi non poterunt vltra vnum mensem ne expensis victualium seu mentalliis consumantur. Veruntamen si idoneæ caueat debitor de dictis animalibus restituendis in eadem bonitate & valore, casu quo ea non redemerit infra tempus iam dictum, interim apud eundem debitorem pendentibus

bus terminis inquantuum & ad redimendum concessis, mittenda & gubernanda dimittantur, dictísque terminis effluxis emptori expediantur, vt est dictum: pendentibus verò terminis & dilationibus antedictis de rebus & bonis iuribus & actionibus prędictis, emptor inuestituram petere non debeat, nec eius prætextu dominus directus aliquam prætendere possit commissionem aut laudimium, si per debitorem dictæ res & iura redimantur: dictus verò emptor prædicta bona & iura durante prædicto termino, alienare non poterit vllo modo. Lapsis autem dictis terminis habeat emptor dictas res pacifice, nec audiatur debitor per viam oppositionis, appellationis, supplicationis recursus, aut cuiuscunque remedij iuris contra inquantus & librationes prædictas reiectis insuper illis oppositionibus fieri solitis ordinis vel alterius solemnitatis omissæ, vel quòd per minori præcio talia bona essent distracta. Verumtamen si debitor ipse infra tempora redimendi se læsum asserat ex dictorum pignorum venditione, quasi vili & modico præcio fuerint distracta: tunc facta absque aliquo processu dictorum distractorum æstimatione coram præsidente loci inquantus per duos aut tres ex probioribus dicti loci iuratis in partium præsentia: aut altera contumace & neutri earum suspectos, si appareat dictum debitorem fuisse læsum vltra quintam partem iusti præcij, si talia sint pignora quæ commodæ diuidi non possint, emptor quod iusto dederit præcio debitori supplere & resarcire teneatur detracta quinta parte dicti præcij, quæ quinta pars emptoris ipsius lucro cædat inhibentes præsentium tenore quibuscunque seruientibus & executoribus Delphinalibus ne in dictis executionibus faciendis domum habitationis vestes lectum aut boues aratorios ipsius debitoris & alia instrumenta ad laborandum constructa, nisi aliis bonis deficientibus pro pignore capere aut subastare præsumant, volentes & ordinantes quòd super omnibus & singulis actibus, formam & modum dictarum executionum tangentibus, & ex eisdem dependentibus & connexis, stetur & credatur relationi seruientis, vel executoris Delphinalis iurati: & ad dictam executionem deputati: quæquidem relatio in scriptis per notarium publicum redigatur: has autem nostri decreti litteras ad æternã rei memoriam in statutorum volumine inserendas in singulis vestrarum iudicaturarum locis ex more proclamandas volumus voce præconia diuulgari, ne fortè in posterum probabilis ignorantia prætendatur.

datum Gratianopoli,sub sigillo nostri regiminis Delphinatus die secunda mensis Iunij. Anno Domini Millesimo quadringentesimo tertio.

¶ Per dominum Gubernatorem ad relationem domini Clarimontis eius Locumtenentis & Consiliarij Delphinalis.

P.Chantarel.

¶ *Statuta à spectabili & magnifico viro domino Guillermo de Area, Consiliario & Cambellano regio, Gubernatore Delphinatus. facta Anno Domini Millesimo quatercentesimo, die septimo mensis Octobris.*

GVillermus de Area dominus Cornillionis Cambellanus & Consiliarius Regius, Gubernator Delphinatus, Locumtenens & Vicegerens Illustris Principis domini nostri Delphini Viennensis, Vicarij imperialis consistorij Delphinalis supremi, Consiliariis præsentibus & futuris, salutem. Dum ad honorem incomprahensibilis, ac immensæ Trinitatis, in quam tanquam in vltimum finem quæquæ creata sunt, referri habent considerationis intuitus, in rem publicam defigimus: cuius gubernaculis à regali celsitudine, ac excellentia Delphinali immeritò decoramur: nedum necessaria verum expedientia, atque pro eiusdem exornatione decentia, quãtum nostræ modicitati concessum est, procurare astringimur, quatenus ipsa respublica nostris tẽporibus decorata, in pacis pulchritudine, ac temporalium requie opulenta, quoties Iusticia fecundata in eum prosperari (altissimo propitio) mereatur. Cum itáque à bonæ memoriæ domino Iacobo de Montemauro Milite, Gubernatore Delphinati, prædecessore nostro, quamplura laudabili maturitate, tam circa ordinis iudiciarij seriem, quàm officiariorum Delphinalium statum extiterint ordinata, quæ nisi nostris contraria in suo robore permanere iubemus: eorundem morum qualitate mutata ampliare: alia verò restringere, ac nonnulla de nouo statuere, digesta deliberatione, ac consilij suasione: in quo fuerunt Reuerendus in Christo pater & dominus dominus Aymo Dei gratia Episcopus Gratianopoli. Honorabiles & Circunspecti viri Domini, Iacobus Gelu Consiliarius Regius, Magisterque requestarum Hospitij Illustris Principis domini Ducis Aurelianensis, necnon præfati Consistorij Præsidens Guillermus Geliuon, Iohannes Generis in Legibus licentiati, Iacobus de sancto

de sãcto Germano aduocatus, & procurator fiscalis, Siffredus Tholoni iuris vtriusque periti: Iohãnes veteris licentiatus in legibus iudex appellationum, Iohãnes de Marolio & Andricus Garini computorum Delphinalium auditores nobiles, venerabiles circũspectísque viri domini Aymarus de artiis prior de Thureyo licẽtiatus in decretum, Franciscus de Comeriis decanus ecclesiæ Grationo-pol. Guido de Cassenatico dominus Mõtisrigaudi & Ysseronis Siffredus de artiis milites, Petrus Firmini in decretis licentiati, Ludouicus Porterij iudex maior Graysiuodã: Stephanus Guillionis curiæ communis Grationopol. iudex consiliarij Dalphin. Et plures alij adhoc specialiter & expresse cõuocati vtile quiniinmo perexpediẽs iudicamus, pręcipimus, pariter & mãdamus pręfatis domini Delphin. cõsiliariis præsentibus & futuris quatenus statuta & ordinationes prędictas quas anno quilibet legi in omni audiẽtia pręcipimus obseruent: & ab omnibus quis tangunt obseruari faciant.

¶ In primis, quam bene vniuersa geruntur & competenter fiunt si principium sit decens & amabile Deo statuimus & ordinamus, quòd anno quolibet crastino defunctorum celebretur missa de Sãcto spiritu in ecclesia beati Andreę Grationopol. in quã interesse habeãt domini cõsiliarij cõsistorij supremi prædicti aliíque cõsiliarij Delphin. quę voluerint priuilegio consiliariorũ Delphin. gaudere aduocati omnes secretarij & procuratores, qui aut patrociniũ præstare voluerint, aut procurationis officium exercere in consistorio præfato, qua missa cęlebrata alta voce solenniter redibunt omnes de ecclesia ad auditorium & more solito, dominis pro tribunali sedentibus, legantur statuta & ordinationes, quæ factæ erunt prodecentia auditorij & vtilitate litigantium, quibus peractis præsidens commendabit iusticiam, ortando & monendo singulos tam dominos aduocatos secretarios quam procuratores ad debitæ & legaliter officium suum exercendum.

¶ Item illico & continenti aduocati singuli primo, deinde secretarij singuli, & demum procuratores, quorum nomina erunt in rotulo quodam descripta, secundum gradum & antiquitatem, cuiuslibet eorum iurabunt præsidenti in præsentia astantium, vnus post alium, iuxta & secundum descriptionem nominum, bene fideliter & legaliter officium suum exercere.

¶ Itẽ in crastino diei prædictæ audiẽtia prima, illius anni dabitur.

¶ Item quia certis diebus oportet vacare visitationi processuum & diffinitioni eorumdem, statuimus, quòd die lune & die iouis tan-

C

tum audientia detur.

¶ Item si aliqua dictorũ dierũ festum eueniet, differetur audiẽtia.

¶ Item diebus martis mercurij & sabbati quibus non pronunciabuntur sententiæ, visitabuntur processus in communi inter dominos, & concludentur.

¶ Item in negociis domainum domini nostri Delphini tangentibus, vacabitur die veneris.

¶ Item cum semel partibus extiterit assignatum ad diffinitiuam quandocunque lapso tempore alio die sententiarum, feretur sententiam sine ampliori assignatione aut partium euocatione.

¶ Item diebus sabbatinis sententiæ diffinitiuæ tali hora quali dabitur audientia pronunciabuntur.

¶ Itemque hora solita audientiæ omnes curiæ vel quasi tenentur: & sic sæpe aduocati & procuratores non possunt in superiori consistorio interesse, quod cedit in dedecus consistorij prædicti, statuimus, quod audientia incipiat diebus iuridicis à pulsu tertiarum in ecclesia beati Andreæ, & duret vsque ad pulsum eleuationis corporis Christi si sint tot causæ quibus valeat hora occupari.

¶ Item diebus iuridicis de mane ante audientia domini facient ordinationes fiendas in causis horam in hoc occupando vsque ad tertiam, qua incipiet audientia dari, & si tot sunt ordinationes fiendæ quòd tempore illo expediri non possint, verisimiliter discretioni præsidentis relinquetur captare horam ante aliam diem iuridicam pro expeditione dictarum ordinationum.

¶ Itẽ singulis diebus post pulsum eleuationis corporis Christi supplicationes expedientur, ne supplicantes expensis grauentur, si certum diem ad hoc assignatum haberent expectare.

¶ Item domini omni die siue iuridica siue consilij, tenebuntur esse in loco consilij in sexta hora.

¶ Item auditores computorum & clerici camerę eorundem, teneatur omni die hora prædicta & post prandium hora tertia in camera computorum comparere.

¶ Itẽ quia per depositiones testiũ aut dicta inepte vel minus sufficiẽter interrogatorũ, sępę partibus periculũ imminet in causis suis. Si causa sit ardua, examinatio testium fiet per aliquem dominorũ aut iudicem graduatum per consilium deputandum.

¶ Item quòd Dominus cui examinatio testium cõmittetur, non possit nec debeat pro die à parte producẽte recipere, nisi duos franchos

franchos, dumtamen infra Delphinatum fiat examinatio prædicta: Super quibus expensas suas habeat facere: si verò extra Delphinatum fiat, pro die duos franchos cum dimidio vt supra, recipiet.

¶Item si eadem die examinationem testium ab vtraque parte productorum fieri contingeret, non tamẽ nisi salarium vnius diei eo modo quo prius taxatum extitit, recipere audebit.

¶Item dum continget aliquẽ vel aliquos ex dominis post prandium testes Grationopol. examinare, pro quemlibet die tam pro se quam pro clerico suo qui attestationes scribere habebit, recipiet à parte producente dimidium florenum.

¶Item vt domini circa testium depositionem causis necessariam negociáque eorum propria ac populus circa vindemias, quæ sunt maior pars laborum suorum, liberius vacẽt. Statuimus quòd anno quolibet feriæ durent à festo beati Mathei vsque in crastinum commemorationis defunctorum.

¶Item dominus qui processum reportauerit, teneatur infra triduum conclusionem habitam in processu suo, in pręsentia aliorum dominorum legere, & lectam, & approbatam ac signeto suo signatam præsidenti, vt signet dare.

¶Item si pro facto domini Delphini aut subditorum aliquid sit peragendum, quòd horis prædictis expedire non possit, presidens die qualibet post prandium, dominos causa prędicta expediendi conuocabit.

¶*De Aduocatis & qualiter se habere debent.*

¶Primò quòd nullus admittetur ad patrocinandum vel procurationis officium exercendum, nisi primo iuratus extiterit.

¶Item si causæ excedant summam quingentorum aureorum, vel si causa criminalis est quæ criminaliter intentetur, aduocati proponent factum oretenus.

¶Item aduocati ea quæ verbo proponent illico in scriptis dare teneantur, alias per eosdem proposita nullius effectus existant, & pronon propositis habebuntur.

¶Item quia sæpe aduocati quasi omnes vel saltim magis famati per alteram partium litigare volentium capiuntur, & pro consilio retinentur, quod cedit in grauamen alterius partis, quæ alibi habet consilium quærere. Statuimus quòd in casu quo altera partium omnes aduocatos vel magis famatos receperit, quamquam de causa instructi iam fuerint, quòd petita distributione per aliam partem omni excusatione cessante eorundem distribu-

to fiat electione parti quæ diligens extiterit concessa.

¶ Item si aduocatus tenuerit consilium impertiri cui fuerit distributus, aut se difficilem reddiderit, priuabitur officio postulandi per annum.

¶ Item aduocati tenebuntur supplicationes quæ vim & effectum libelli habebunt positiones & articulos causarum suarum dictare, & signeto suo vna cum iuris allegationibus signare, aut saltim per alium dictata visitare, & signeto suo vtens signare.

¶ *De secretariis seu graphariis.*

¶ Primo notarius causæ cuiuscunque comparitionem primam recipere non audeat: nisi prius exhibito & producto sibi instrumento procurationis ipsam comparitionem exhibentis sub pœna priuationis officij per mensem.

¶ Item notarius causæ cuiuslibet infra triduum comparitiones procurationes, cedulas & appunctuamenta in processu & suo ordine scribat, sic quòd partibus propter eius negligentia damnum non eueniat, quòd si contingeret in expensis parti ex hoc damnum sentienti mulctabitur, & vnius grossi pœna punietur.

¶ Item diebus dum audientia dabitur, si notarij causarum non sciant certificare dominos illico de appunctuamento, facto vltimatæ in causa, & nominare personas actoris & rei distinctę, appellantis & appellati mulctabuntur pœna vnius grossi aut aliàs discretione, vt supra.

¶ Item diebus iuridicis quibus appunctuabitur ad ordinandum, certificabunt notarij præsidentem de appunctuamento facto per cedulam communiter per eos factam, de causis, de quibus ordinatio prædicta erit facienda.

¶ Item si negligentia dictorum notariorum ordinationem differri contingat quilibet, cuius negligentia hoc continget mulctabitur pœna vnius grossi, & in expensis partis inde damnum reportantis.

¶ Item in vacationibus siue feriis notarius quilibet teneatur, omnes processus inquisitionales per eũ factos in vna cedula præsidenti dare, vt prouideat circa definitionem eorumd m.

¶ Item duo notarij habebunt processus inquisitionales, alij duo patrimoniales. Et alij duo processus instrumenta homagiorum fidelitatum & denominationum feudorum. Quiquidem solertem circa eos curam sub pæna nostræ indignationis adhibebunt.

¶ Item

¶ Item Notarius qui dominum associabit pro examinatione testium facienda, vnum florenum pro die recipiet, nihil vltra etiam grati aut liberaliter oblatum retenturus.

¶ Item si Notarius examinationi testium per se deputetur, & vadat cum duobus equis, vnum franchum habebit, vno floreno si tantùm vnum equum ducat contentus.

¶ Item Notarij in processibus mittendis sententiam inserant, ac eosdem de verbo ad verbum collationent absque defectu, qui si reperiatur pro cuiuslibet processus defectu, pœna vnius floreni absque spe remissionis mulctabuntur.

¶ *De Procuratoribus.*

¶ Primo, diebus iuridicis teneantur Procuratores venire ante horam audientiæ, aliàs mulctabuntur discretione dominorum, & in expensis condemnabuntur, si damnum contingat euenire partibus vel alteri earum, propter eorum absentiam.

¶ Item Procuratores cum omni honore & reuerentia, ac habitu decenti, teneantur in iudicio comparere, aliàs mulctabuntur.

¶ Item quòd nullus admittetur nomine Procuratorio pro alio, nisi in initio litis de mandato docuerit. Cùm sæpe prope finem litis mandatum nescientes ostendere, eludunt iudicium, & redditur ipsum iudicium nullum.

¶ Item Procuratores qui procuratorium non habebunt si admissi absque procuratorio, extiterint per inaduertentiam, priuabuntur officio procurandi per mensem, & in expensis parti condemnabuntur.

¶ Item si Procuratores malitiosè differant articulis aut positionibus respondere, mulctabuntur arbitrio dominorum, & cum hoc condemnabuntur in expensis partis aduersæ, quæ per maliciam eorum damnum reportauerit.

¶ Item Procuratores dum causam susceperint, continuare perficere & deducere eandem omni allegatione, cessante etiam salarij non soluti ad effectum, sub pœna decem florenorum, & priuationis per annum teneantur.

¶ *Quæ causæ tractabuntur in Consistorio supremo.*

¶ In superiori Consistorio non tractabuntur causæ nisi patrimoniales domini nostri Delphini, causæ etiam appellationum per expressum ad dictum Consistorium interpositarum submissionúmque, etiam per expressum ad dictum Consistorium factarum causæ religiosarum & miserabilium personarum: item causæ criminales magnatuum.

¶ *De Appellationibus quemadmodum introducentur.*

¶ Appellantem sufficiet appellationem, vt pro deserta non habeatur præsidenti infrà tempus eidem à iudice à quo assignatur præsentare: & demum die prima iuridica introducere. Si verò tempus non fuerit assignatum à iudice infrà mensem introducet.

¶ *De Appellationibus ab interlocutoria.*

¶ Appellatione ab interlocutoria emanata dabitur appellanti citatio, quæ spacium triginta dierum non excedet: qua etiam pendente, nihil noui fiet à iudice, à quo cuiquidem iudici mandabitur quatenus acta causæ clausa remittat: nec in causa prædicta datione libelli opus erit. Et nisi partes alia petierint, eisdem ad audiendam sententiam terminus assignabitur. Si verò pars copiam actorum petat, dabitur eidem, & terminus viginti quinque dierum præfigetur absque alio processu ad sententiam audiendam.

¶ *De Appellationibus à diffinitiua.*

¶ Appellatione diffinitiua viua voce emissa, statim quod de sententia constiterit appellatorum concessione aut refutatione, dabit iudex, ad quem literas citatorias terminum triginta dierum spacium, vt supra non excedentes cum inhibitione, ne appellatione pendente aliquid noui fiat. Vbi verò in scriptis appellatur, constito de instrumento appellatorio litteræ citatoriæ triginta dierum terminum non excedentes, conceduntur cum inhibitione, ne aliquid innouetur dicta dilatione pendente, & præfata appellatione instituta litteræ inhibitoriæ processu pendente condentur.

¶ Item termino citationis adueniente, partes terminũ quindecim dierum non excedentes habeant, infra quem appellans appellatorium, aut appellatus confirmatorium libellum si voluerit porrigat, quo porrecto concedatur copia huicinde, ac alius quindecim dierum terminus detur, ad respondendum libello ad ponendúmque & articulandum, alio termino quindecim dierum peremptoriè concesso. Si verò pars appellans non allegata in articulis appellationis deduxerit, terminos habebit similes illis, qui danturin causis per viam simplicis quærelæ introductis.

¶ Item si altera partium peteret acta causæ principalis producti, terminum quindecim dierum spacium non excedentem habebit.

¶ De

¶ *De Patrimonialibus causis.*

¶ In causis Patrimonialibus oblata petitione per procuratorem fiscalem, seu contra eum eius copia destinabitur reo, cui terminus quindecim dierum ad respondendum concedetur, ac in eis vlterius, veluti in causis priuatorum, procedetur.

¶ *De Causis Priuatorum.*

¶ Si litigantes aut eorum alter admissus per procuratorem extiterit, non possit eum nisi de licentia dominorum causa cognita hoc eidem concedatur reuocare.

¶ Item in causis priuatorum, si aut per supplicationem aut petitionem inchoantur, reo copia mittetur, cui si reperiatur tradetur. sin autē domi familiæ eiusdē tradetur. Et citabitur responsurus ad terminum quindecim dierũ spacium nō excedentē, relationi verò executoris stabitur in scriptis per notariũ redactè.

¶ Item proposita exceptione per reum quæ litis contestationem impediat ad probandum terminos, assignabitur similis illi qui reo conceditur ad probandum exceptiones alias.

¶ Item reo contumaciter vel maliciosè respondente differente in causis, quæ centum florenos non excedent, præstito à partibus vel actore calumniæ iuramento, in causa procedetur actori ad iustificandum aut ad ponendum & articulandum termino quindecim dierum assignato, in causis verò centum florenos excedentibus, terminus triginta dierum assignabitur, nisi breuiori contentetur actor.

¶ Item actor in eadem instantia præter semel ad ponendum vel articulandum, non admittetur nisi reus exceptiones facti proponat, quo casu etiam semel ad replicandum admittetur alio termino quindecim dies, non excedente concesso.

¶ Item reo positionum vel articulorum copia petenti concedatur, ad respondendum termino quindecim dierum assignato, in quo termino reus per verbum credit vel non credit per se vel per procuratorem positionibus admissibilibus & particularibus, respondebit quod si malitiosè differat actori petenti ad probandum articulos, terminus dabitur.

¶ Item si actor reuelari credit per responsiones rei principalis & præsens extiterit, ipse reus respondebit. Si verò absens citabitur peremptoriè cum comminatione quod positiones habebũtur pro cõfessatis nisi per se aut procuratorē sufficiēter instructũ respōdeat. Et nisi sufficiēter ipse aut ꝑcurator singulis positionib.

respondit illæ quilibet minus sufficienter responderit pro confessatis habebuntur ac terminus actori viginti dierum pro prima dilatione ad probandum præfigetur. Simili ad exceptiones aut defensiones proponendas reo concesso.

¶ Item termino prædicto durante, tam instrumentorum quàm cæterorum productorum copia, partibus petentibus concedatur actori quindecim dierum termino pro secunda dilatione ad probandum & respondendum propositis, partis reæ & contra exceptiones replicandum concesso.

¶ Item reo ad suas defensiones aut exceptiones probandum dilationem aliam petenti quindecim dierum terminus ad omnes simul proponendum præcisus & peremptorius concedatur, vlterius non audiendo.

¶ Item dicto termino adueniente, si actor concessa copia productorum, hinc inde alium terminum ad probandum petierit, quindecim dies, vel ad longius pro tertio & peremptorio termino vnius mensis concedantur.

¶ Item si reus per responsiones actoris releuari crediderit ordo modus & compulsio dilationésque similes concedentur veluti de actore supra dictum est.

¶ Item si partes vel earum altera vno termino sint contentę, ad probandum dabitur terminus competens petenti, qui tamen duos menses non excedet quantacunque causa extiterit.

Item vna vel pluribus datis dilationibus ad probandum vltimo termino, vel in fines termini assignetur parti ad publicationem testium, interim producendorum & examinandorum.

¶ Item præsentatis interrogatoriis congruo tempore, secundum ea testes examinentur resecatis resecandis.

¶ Item publicatis attestationibus, copia vtrique partium detur, ad obiiciendum in personas, & dicta termino quindecim dierum concesso.

¶ Item durante termino prædicto, parti in personam obiicienti pertinenter crimina sigillatim & specifice quindecim dierum terminus detur, vel ex causa triginta ad longius copia obiectorum aduersario concessa.

¶ Item si contra obiecta articuli porrigantur defensorij, similis vt supra, dabitur ad probandũ dilatio pręstito iuramento quod ex malitia non proceditur.

¶ Item nihil obiecto in personas aut dicta tęstium publicatione eorundem

eorundem facta illico partibus instantibus, aut earum altera ad proponendum ea quæ in iure & facto consistunt, terminus viginti dies non excedens concedatur: quo elapso ad sententiam audiendam alius terminus assignetur talis, quod partes ante ipsam per octo dies possint allegationes iuris tradere.

Item à prima dilatione ad probandum vsque ad conclusionem in causa, instrumenta & litteras probatorias producere poterunt.

¶ *De Compulsoriis.*

¶ Item si pars inchoet à compulsoriis litteris, processum instrumento, obligationis vel submissionis porrecto compulsoriæ, cum assignatione ad quindecimam diem ad minus ab executione concedantur, quarum copia reo mittetur, ac earum executio per notarium à tergo describetur.

¶ Item reus legitime comparens, termino prædicto admittetur ad probandum excommunicationis falsi transactionis rei iudicatæ, solutionis præscriptionis & pacti de non petendo exceptiones vel alteram earum, pro quarum vel cuius iustificatione terminum peremptoriæ quindecim dierum habebit, & copiam instrumenti obligationis, si voluerit, quodquidem instrumentum pro iustificatione compulsoriarum tenebitur actor exhibere.

¶ Item singulorum per reum propositorum & productorum actori si petat copia concessa, & pro responsionibus replicationibus & reprobationibus ordo & modus superiùs dicti, in causis per petitionem vel supplicationem inchoatis obseruetur.

¶ Item reo personaliter apprehenso nec comparente, vel comparente, sed nullam prædictarum exceptionum opponente litteræ præcise concedentur actori, vim & auctoritatem rei iudicatæ obtinētes, quæ lapsis decem diebus executioni demandabuntur.

¶ Item reo personaliter non apprehenso, nec termino assignato comparente, saltim ad locum domicilij iterato citabitur, & simili termino sicut supra, in quo si compareat similiter procedetur, vt supra, quando fuit apprehensus. Si verò contumax existat, litteræ præcise concedentur.

¶ Præcedentia verò intelligi debent in casu quo à Delphinatu reus non abesset citationis tempore.

¶ Item reo à Delphinatu absente si longa speretur eius absentia & mora, euidenter sit damnosa actori, nec defensor appareat

detur curator bonis cum quo vt supra procedetur, nisi longior extimetur dari dilatio curatori verisimiliter alienum factum ignoranti.

¶ Item omnes termini prædicti erunt peremptorij: sic quod cuilibet partes satisfacere tenebuntur, nec aliàs vlterius admittētur.

¶ *De executione rei iudicatæ.*

¶ Sententia condemnatoria lata quæ in rem transiuit iudicatam, super actione reali mixta, aut in rem scripta actor mittetur in possessionem rei adiudicatæ, quæ missio rei parti notificabitur & inhibebitur ei, ne missum turbet in eádem, in qua iudex ipsum manutenebit, & defendet etiam pænarum impositionibus.

¶ Sententia vel mandata super actione personali lata quę in rem transiuit iudicatam, executor ad domum habitationis debitoris accedet, & ab eodem si reperiatur, aliàs à domesticis eius requiret, vt sibi indicent, aut tradant mobilia, vel se mouentia inquātanda, quod si differatur per vnam diem naturalem, executor lapsa die capiet pro debito principali & expensis, de mobilibus vel in eorum defectu de immobilibus iuribus seu actionibus ad electionem creditoris. Cauebit tamen ne capiat pignora in duplo plus valentia nisi aliis deficientibus.

¶ Item pignora capta loco & horis solitis & modo sequenti inquantabuntur: nam si pro debitis quæ summam Centum solidorum non excedent, fiat executio prima die fori, & die, immediatę sequenti inquantabuntur. Et à centum solidis vsque quinquaginta libras duobus proximis diebus fori, inter quos erit interuallum sex dierum, vltra verò summam quinquaginta librarum quātacunque sit summa tribus diebus fori continuis, per similia interualla fiant inquantus. Et in vltimo dictorum inquantuum plus offerenti librabuntur & expedientur per præconem.

¶ Item nullo emptore apparente liceat creditori qui vicit in quolibet inquantuum præcium efferre, & domum in vltimo inquantu, nullo alio maius præcium offerente creditori expediatur per præcônem.

¶ Item in locis vbi forum siue mercatum non habetur, fiant inquantus in locis ibidem fieri solitis, dum tamen non fiant per minora interualla quam superius declarata.

¶ Item quia debitor se lęsum vel deceptum quandoque asserit, ordinamus quod si summa pro qua pignora vendita, fuerint

centum

centum solidos curribiles non excedat eadem pignora, redimere possit debitor infra quindecim dies à die librationis inchoandos, soluendo tamen ante debitum principale & expensas. Si verò centum solidos excedat vsque ad quinquaginta libras, ea redimere poterit, vsque ad vnum mensem. Et à quinquaginta libris vsque ad centum libras habebit debitor duorum mensium inducias. Vltra verò summam centum librarum quantumcunque fuerit soluendo debitor principale, cùm expensis pignora capta & librata redimere & habere poterit infra quattuor menses à die librationis computandos.

¶ Item terminis prædictis in fauorem debitorum concessis casu quo emptor dictorum bonorum mobilium & se mouentium esset alienigena, aut facilitate conueniendi suspectus, seu infra Delphinatum immobilia non possideret bona prædicta, sub manu curiæ ponentur, nisi caueat idoneæ debitor ipsę prout infra declarabitur.

¶ Item animalia pro maiori summa centum solidorum quantacunque sit capta & distracta per debitorem redimi non poterunt vltra mensem, ne in metallis consumantur. Verùm si debitor idoneæ caueat de eis restituendis in eadem bonitate & valore, casu quo ea non redemerit infrà tempus iamdictum, interim apud eundem dimittantur nutrienda pendentibus terminis inquantuum quibus efluxis expedientur vt suprà.

¶ Item dilationibus & terminis ante dictis pendentibus de rebus bonis iuribus aut actionibus prædictis emptor inuestituram petere non tenebitur, nec Dominus directus aliquam prætendere commissionem aut laudumium, si per debitorem prædictæ res & iura redimantur. Verùm durante termino prædicto emptor dicta bona alienare non poterit vllo modo.

¶ Item terminis prædictis lapsis emptor, bona prædicta habebit pacifice, nec audietur debitor per viam oppositionis appellationis supplicationis recursus aut cuiuscunque remedij iuris contra in quantus & librationes prædictos, vel etiam ordinis aut solennitatis non seruatorum. Verùm si debitor infra tempora redimendi se lęsum asserat: quia vili precio dicat esse distracta, facta dictorum distractorum æstimatione coram præsidente loci inquantus per duos aut tres de probioribus dicti loci iuratos in partiũ præsentia, vel altera contũace & neutri parti suspectos, si appareat, debitorẽ fuisse lesũ, vltra quintã partẽ iusti pręcij, si talia sint pignora quæ

commodè diuidi nō possint emptor quod iusto deerit præcio debitori supplere & resarcire teneatur, detracta dicta quinta parte dicti præcij, quæ emptori lucro cædet.

¶ Item in executionibus faciendis domus habitationis debitorum vestes lectus boues aratorij aut instrumenta ad laborandum, ordinata non capientur nisi aliis bonis tam mobilibus quàm immobilibus deficientibus.

¶ Item in his quæ formam & modum executionum respiciunt, stabitur relationi seruientis vel executoris iurati, & ad ipsam executionem deputati.

¶ *De prouisione contra violentos & clandestinos possessores.*

¶ Si quis per litteras iudicis eius manu propria signatas, aut voluntate illius cuius erat possessio, quam voluntatem interpretamur interuenisse, ex quo per dies decem passus est notoriæ possidentem possidere rei alicuius possessionem, vel quasi nactus per quempiam absque mandato indiciario à prædicta possessione expulsus aut eiectus fuerit, probata possessione & eiectione etiam absque violenti euocatione, aliquali per duos aut tres testes cum æstimatione fidedignos, omni allegatione, aut appellatione cessāte expelletur violentus, per iudicem aut ab eo deputatum, etiam manu militari si sit opus, & restituatur deiectus, aut reponetur ante omnia in statum pristinum, & mulctabitur violentus vltra pœnas à iure statutas in decem marchis argenti fisci erario applicandis, mitigatione tamen iudicis concessa secundùm modum violentiæ & facultates violentis: violentia verò purgata per in statum pristinum reductionem expulsi, & expensarum ad eodem expulso factarum refusionem, audietur qui fuerat violentus super per ipsum allegandis. Quæ autem in violento supra statuimus, eadem & in clandestinæ possessiones ingrediente intelligenda fore censemus.

¶ *Iuramentum Consiliariorum.*

¶ Vos iuratis quodammodo eritis fideles Domino nostro Delphino, omnibus absque acceptione personæ iustitiam ministrando, nemini que eius secreta reuelabitis, honorem & vtilitatem eiusdem procurabitis, incommeda pro posse euitabitis, & facietis euitari, ac Domino Gubernatori vel præsidenti reuelabitis, nec donum à iure prohibitum recipietis, & statuta pro decentia auditorij

auditorij, ac vtilitate reipublicæ facta obſeruabitis,& procurabitis ab alijs obſeruari.

¶ *Iuramentum Auditorum computorum.*

¶ Vos iuratis quod eritis fideles domino noſtro Delphino, neminíque ipſius ſecreta reuelabitis, honorem & vtilitatem ipſius procurabitis, eius patrocinium illæſum ſeruabitis & procurabitis ab aliis obſeruari: computa fideliter audietis, & admittetis ius domini noſtri Delphini & computantium (omni fauore & odio poſtpoſitis) cuſtodiendo, nec munus prohibitum recipietis.

Iuramentum Secretariorum.

¶ Vos iuratis quòd benè legaliter & fideliter officium Secretariatus exercebitis, nemini ſecreta Delphinalia vel cauſarum vobis commiſſarum pandendo, ac in ſcriptis proceſſuum ad punctamenta ſuo ordine dirigendo, honorem & vtilitatem domini noſtri Delphini procurabitis, ac damnis eiuſdem occurretis, nil à iure prohibitum recipiendo, ſalario veſtro competenti contentus.

¶ *Iuramentum Aduocatorum.*

¶ Vos iuratis quòd officium Aduocationis benè legaliter & fideliter exercebitis. Cauſam iniuſtam ſcienter non fouebitis. Et ſi eius iniuſticia in aliqua litis parte ad vos perueniat, eam dimittetis, ac cædulam aliquam non ſignabitis, niſi per vos compoſitam, aut ſufficienter viſitatam. Et clientulos veſtros quam breuius poteritis, expedietis.

¶ *Iuramentum Procuratorum.*

¶ Vos iuratis quod benè & legaliter officium Procurationis exercebitis, nec cauſam quam iniuſtam credetis fouebitis, ac ſalario competenti eritis contenti, vtilitati clientulorum veſtrorum abſque diffugio procurando.

¶ *Iuramentum Hoſtiariorum.*

¶ Vous iurés que bien & loyaument vous exercerés voſtre office: & ne denierés à perſonne entrer en temps deu, ni ne receurés argent pour laiſſer entrer.

¶ *Iuramentum Notariorum.*

¶ Vos iuratis, quod eritis boni, probi, & fideles domino noſtro Delphino, ſuiſque officiariis commodum honorem & vtilitatem

ipſorum procurare & damnum euitare propoſſe. Secreta Delphinalia pandere litteras prothocolla, & inſtrumenta quaſcunque tangere. Dominum noſtrum Delphinum, & eius commodum quamplurimum ad veſtri noticiam peruenerint, nobis aut conſilio Delphinali reuelabitis & ponetis per extenſum ſiue clauſulam &c. Teſtamenta codicillos donationes cauſa mortis: & quaſcunque vltimas voluntates & contractus inter viuos vltro citróque obligatorios, vel ab vna parte tantum cũ notis ſiue prothocollis veſtris infra duodecim dies naturales, à tempore receptionis dictarum vltimarum voluntatum, ſeu contractuum prædictorum redigetis relicta ad pias cauſas, reuelabitis epiſcopo ſeu eius vicario infra duos menſes à die obitus defuncti. Subditos non opprimetis pro ſcripturis eorum ſeu aliis: nec opprimi per quempiam permittetis directè, ſeu per obliquum. Ceſſiones à iure prohibitas non recipietis in prçiudicium ſubditorum inſtrumenta ſiue quoſcunque contractus non ſcribetis in papiro ſeu charta veteri vel abraſa, ſcilicet in membrana munda & noua Teſtamenta, codicillos, donationes cauſa mortis: dicta & depoſitiones teſtium & alia veſtrum officium tangentia, ſcribetis fideliter & ea ſeruabitis. Secreta nulli pandetis donec debeant publicari. Cauſas viduarum aliarum miſerabilium perſonarum necnon pontium & hoſpitalium emendationem ac viarum publicarum reparationem omni tempore promouebitis. Et notariatus officium exercebitis, legaliter non attendendo munera odium vel amorem ſubmiſſiones, ad alias curias quàm Delphinales in veſtris contractibus non recipiatis. Contractus per vos recipiendos non groſſabitis niſi à partibus expreſſe requiſiti.

¶*Iuramentum Vaſſallorum.*

¶Vous tel, en preſence de mon ſeigneur le gouuerneur, repreſentant la perſonne de mon ſeigneur le Dauphin, confeſſés que vous eſtes, & deués eſtre homme vaſſal de noſtredit ſeigneur le Dauphin, à cauſe de tel fief que vous tenez: & promettez & iurez, que vous ſerez bon & loyal à mondit ſeigneur le Dauphin, & à ſes ſucceſſeurs Dauphins. Que auſſi vous garderés tout ce qui eſt contenu és chapitres de la vieille, & de la nouuelle forme de fidelité, en procurant l'honneur de mondit ſeigneur le Dauphin & ſes ſucceſſeurs, ſon bien, & ſon proffit: en lui ſignifiant ſon dommage.

Et en

Et en signe de ce vous baiserez mon seigneur le gouuerneur en la bouche.

¶ *Iuramentum Thesaurarij Delphinali.*

¶ Vous iurez & promettez par la foy & serment de vostre corps & sus les saints euangiles de Dieu, que vous serez bon & loyal au Roy Daulphin nostre souuerain seigneur. Et à ses successeurs, son bien, & son proffit procurerez. Et son domaige à vostre pouuoir euiterez, son domayne & ses deniers Delphinaulx tant ordinaires que extraordinaires bien & loyalment gouuernerez administrerez & receurez auec toute diligence. Et audit Seigneur comme son Tresorier & receueur general de tout ce pays icy du Dauphiné, les conseruerez & garderez. Et les deliurerez & distribuerez ainsi que par luy ou pour aultres ayans à ce puissance, vous sera appoincté & ordonné. Et en telle valeur que les receurez, les payerez, & deliurerez, sans y faire fraude aucune preiudiciable audit seigneur & à la chose publique: dons illicites ne receurez: & les gaiges des officiers tant de la court de parlemẽt & de la chambre des comptes, que des autres. Vous payerez par quartans de trois mois en trois mois. Et ce sus obligation de vostre corps & de vos biens, en maniere de debtes fiscaulx, ainsi qu'en tel cas est accoustumé. Et pour faire les choses dessudictes, baillerez bonne & suffisante caution iusques à la somme de iiij. mille liures tournois.

IAcobus de Montemauro dominis de Ermetis, miles, cõsiliarius & cambellanus illustrissimi principis regis Delphini Viennensis, Domini nostri locumtenens nobilis & potentis viri domini Gaudiolæ consiliarij & cambellani dicti domini nostri Gubernatoris Delphinatus, commissarius à dicto Domino nostro in hac parte deputatus, vniuersis præsentes litteras inspecturis salutẽ. Literas dicti Domini nostri recepimus formam vt sequitur continentes.

¶ Charles par la grace de Dieu Roy de France, Daulphin de Viennoys, aux gouuerneurs & gens de nostre conseil de nostre pays du Daulphiné salut & dilection, exposé nous ont nostre procureur general & le procureur des trois estas do nostre dit pays, disans que en la court souueraine & aultres dudit pays tant pour occasion des grans dilations & aussi accessoires & voyes obliques en quoy les parties se mettent, leur causes sont prolongees, tellement que tresennuis en viennent les parties à fin, &

ſont rendues comme immorteles, & aduient ſouuent que les parties voyans leurs cauſes eſtre tellement differees ſe deſiſtent du tout de leurs cauſes, autresfois prennent accords à eux tresdommageables, & auecques ce maintesfois par le moyen deſdites dilations acceſſoires & voyes oblicques, parauant que les parties ſoyent appointees en enqueſte leurs teſmoings vont de vie à treſpaſſement. Et par ce moyen ſont priuez de leurs preuues, pour occaſion deſquelles choſes & maintes aultres touchans la prolixité deſdites cauſes & procés, pluſieurs tant gens d'egliſe nobles que aultres de noſtre dit pays n'oſent encommencer pluſieurs & diuerſes cauſes, qui tresfort les touchent, qui reuient à nous. Au regard de nos cauſes & aultrement & auſſi à la choſe publicque de noſtre dit pays au treſgrand dommage, & ſeroit gregnieur pour le temps aduenir ſi pourueu n'y eſtoit de remede conuenable, requerans humblement iceluy: pour quoy nous ces choſes conſiderees vous mandons & commandons en commettant, ſi meſtier eſt, que appellez auec vous des clers pratticiens & aultres cognoiſſans en tel cas, en tel nombre que aduiſerez, vous pouruoyez à l'abregement des cauſes & procés de nous & de nos ſubgects, en faiſant proceder les parties ſommairement & de plain, comment raiſon vouldra, & reiettant & mettant au neant ſtiles fuittes & aultres obſeruances indeues, & non raiſonnables. Et tellement qu'il n'en conuienne plus leſdis expoſans reuenir par deuers nous, ſur ce plaintifs : de ce faire vous donnons pouuoir & mandement ſpecial, mandons & commandons à tous les officiers iuſticiers & ſubgets de noſtre dit Daulphiné, que à vous au regard des choſes deſſuſdites obeyſſent & entendent diligemment: donné en noſtre chaſtel de Mehan ſur Eure le 16. iour de Nouembre, L'an de grace mil quatre cens vingt deux, & de noſtre regne le premier, ſoubs noſtre ſeel dont nous vſons durant noſtre regence. Et erat ſcriptum in earum margine, Par le roy Daulphin & ſon conſeil, & ſignatæ, Baulone. Quibus viſis & inſtantibus ſupplicantibus vicibus reiteratis cum matura & digeſta deliberatione congregatis conſiliariis Delphinalibus pluribus aduocatis & multis aliis ſuper reformatione ſtili ordinis iudiciarij & abbreuiatione cauſarũ & proceſſuũ in dictis litteris mentionatis. Et maximè die hodierna concluſione ſuper dictis ſtilo ordine iudiciario, & abbreuiatione cauſarum habita in conſilio in quo fuerint reuerendi in Chriſto patres domini Ay. Dei gratia Gratianopolitanenſi.

tanẽsi,&Ay.eádem gratia Niciensis episcopus,dominusPetrus de Thoulongino,dominus de Genaco consiliarius dicti domini nostri & Præsidens Delphinatus Dominus Franciscus de Comeriis licentiatus in decretis, decanus Grationopolitanus. Iohannes Cauaciæ,Ludouicus Porterij, Guiffredus Valerij legum doctores,Magister Iohannes Dury licentiatus in legibus. Iohannes de Marolio Delphinalium computorum auditor consiliarij Delphinales, Mattheus Thomassim in legibus licentiatus Procurator generalis, Fiscalis totius Delphinatus, domini Franciscus Soffredi iudex appellationum & nullitatum totius Delphinatus, Iacobus Godabla officialis Grationopoli, licentiati in legibus domini, Iacobus Marchi legum doctor, procurator gẽtium trium statuum patriæ Delphin. Iacobus de sancto Germano etiam legum doctor,iudex maior Graysiuodam Magistri, Michael Esmeurici,iudex curiæ communis ciuitatis Grationopol. Iohãnes de sancto Germano,Raymondus Albonis licentiati in lebus, Iohannes Bonneti in vtróque iure Baccalarius aduocati, & causarum patroni in supremo consistorio Delphinatus, & quamplures alij Iurisperiti practici & causarum peritiam habentes. Ordinauimus & statuimus circa dictum stilum ordinem iudiciarium ,& abbreuiationem causarum à cætero esse procedendum, vt infra sub certis rubricis vt aliàs declarabitur, quibus sic actis in dicta ciuitate Grationopolitana in Aula supremi consistorij Delphinalis, nos sedentes pro tribunali, præséntibus supra nominatis nec non artando arumeti Petro Chantarelli, Iuliano boni Iohannis, Petro Gomoni Cathelano Chantarelli, Iohanne Pamocti, Iohanne de cizeuino, Laurentio Marchandi, & Guillermo de Vaulx secretariis Delphinalibus,Iohanne Brotherij, Iohanne sonnerij, Raymondo Rodulphi, Guigone Boysserati, Claudio Marchi, Petro Gartharelli,Petro Marcelli,Iohanne Gayginatoris, Iohanne Ourandi, Petro Berlionis, Iohanne Rogeon, & Iacobo Pauczut, in dicto consistorio supremo procuratoribus, & multis aliis dictas ordinationes & statuta fecimus legi & publicari. Et consequenter eas & ea in concussè, & inuiolabiliter ordinauimus & ordinamus perpetuo obseruari stilis, diffugiis,cauillationibus & aliis obseruantiis indebitis quibuscunque reiectis & pænitus reuictis.

¶ Tenor verò dictarum ordinationum & statutorum. Sequitur & est talis.

¶ De patrimonialibus causis in primis instantiis.

¶ In causis patrimonialibus procedetur prout infra declarabitur procedendum in causis priuatorum.

¶ De causis priuatorum in primis instantiis.

¶ In prima dieta assignata partibus actor quouismodo inchoet causam per supplicationem, vel aliàs per aduocatum suum oretenus petitionem suam proponere faciet. Quo facto infra terminum viginti diebus non excedentem, tenebitur offerre reo pro & loco libelli petitionem suam articulatam factum suum, in ea clare deducentem & concludentem, manu dictantis signatam, & amplius non admittetur actor in causa ad ponendum & articulandum pro vlteriori deductione libelli.

¶ Item dictæ petitionis, copia parti reæ tradetur, & terminus arbitrio curiæ, qui triginta dies non excedat, sibi assignabitur, ad proponendum suas exceptiones & facta contraria quæ voluerit per aduocatum suum oretenus, quo facto incontinenti dictas exceptiones suas & facta tenebitur tradere in scriptis per articulos clare deducentes & concludentes, & vlterius non admittetur reus in ipsa causa ad ponendum & articulandum pro deductione exceptionum & factorum dictorum.

¶ Item parti actrici copia dictorum articulorum exceptiones & facta contraria continentium concedetur. Et deinde terminus qui triginta dies non excedet, dabitur actori ad replicandum, & consequenter similis terminus reo ad duplicandum per aduocatum, & oretenus, & replicando & duplicando dicta tradant in scriptis per articulos si eis videatur, vel cui ipsorum videbitur.

¶ Item dictæ partes tam actrix quàm rea in suis articulis iam dictis, si eis videatur, proponent & allegabunt rationes iuris vna cum factis ipsarum, secundùm quòd eis melius videbitur faciendum. Et vlterius dictæ partes non admittentur ad articulandum.

¶ Item dictis articulis hincinde traditis quælibet pars per se vel per procuratorem suum sufficienter fundatum, infra terminum qui viginti dies non excedet, teneatur respondere, videlicet reus singulis articulis petitionis partis actricis, & replican-

replicando traditis, si quæ fuerint, cum iuramento, & per verbum credit vel non credit, necnon conclusioni ipsorum litem contestando. Et similiter cum iuramento per verbum credit vel non credit, actor tenebitur respondere singulis articulis super exceptionibus factis contrariis, & duplicando pro parte rea traditis.

¶ Item si aliqua partium siue sit actor siue reus putauerit per responsionem partis principalis releuari, ipsa requirente, dabitur terminus, qui triginta dies non excedat ipsi principali, si præsentialiter existat, vel eo per procuratorem comparente eius procuratori, & ex abundanti parte per procuratorem comparendum, ipsi principali mandato curiæ loco præcepti notificandus ad respondendum in propria persona per verbum credit vel nō credit prout dictum est, quo casu ille qui petet per partem aduersam in propria persona responderi tenebitur etiam in propria persona asseuerare articulos quibus petet per principalem responderi.

¶ Item si partes infra terminum eis assignatum non respondeant siue pars fuerit monita vt respondeat ipsa præsentialiter existente, vel ea per procuratorem comparente, ipse procurator & ex abundanti dicto casu mandato curiæ loco præcepti principalis pars, vt est dictum, fuerit monita vt respondeat, articulis quibus non fuerit responsum habebuntur pro confessatis.

¶ Item partes non admittentur ad disputandum de impertinentia admissione vel repulsione dictorum articulorum & propositorum hincinde traditorum, sed recipientur omnia & recepta intelligentur saluo iure impertinentium & non admittendorum, ne prætextu talis disputationis litis decisio differatur.

¶ Item datis hincinde à partibus articulis responsionibus, quæ vt dictum est, factis & adueniente termino prædicto partibus probare volentibus, deputabuntur commissarij vnus vel plures & congruo tempore, si partibus videatur, tradentur interrogatoria, super quibus resecatis resecandis testes examinabuntur, & dabitur vnicus & peremptorius terminus ad probandum per testes duorum mensiū, vel breuior arbitrio curiæ prolixior, non nisi curiæ videatur propter longa testium distantiam vel absentiam longiorem dilationem concedendam, qui tamen alterius mensis spacium non excedat. Et assignabitur terminus prædictus ipsis partibus ad publicationem testium audiendam.

¶ Item pars rea si voluerit primò poterit producere suos testes & facere suam inquestam: similiter actor nec erit aliqualiter attendendum, quis primo actor vel reus processerit ad examinationem suorum testium, qui testes à qualibet parte producti, super omnibus articulis, super quibus pars voluerit producere vno contextu examinabuntur sic quòd dumtaxat fient duæ inquestæ, vna pro actore, & alia pro reo, licèt à qualibet parte bina vice fuerit vt dictum est articulatum.

¶ Item pars producens testes coram commissariis vel commissario, tenebitur tradere testi modicas cædulas siue actiquetos declarantes, super quo vel quibus articulis voluerit, testem quem produxerit, examinari, & super illis solùm dictus testis examinabitur.

¶ Item termino quo fiet testium publicatio quælibet pars tenebitur producere instrumenta, litteras, & alia documenta litteratoria quibus voluerit se iuuare, & tempore productionis ipsorum tenebuntur partes declarare, ad iustificationem quorum articulorum dictæ litterę & alia documenta litteratoria producentur. Et si dicto termino non produxerit vel produxerint, & non declarauerint ad cuius articuli vel articulorum probationem producunt, vlterius non admittentur.

¶ Item ante dictum terminum super dicta publicatione fienda ordinatum, partes dicta instrumenta, litteras, & alia documenta litteratoria, poterunt producere in casibus quibus ex non productione dictorum instrumentorum & litterarum pars aduersa posset ab expensis releuari.

¶ Item facta publicatione & instrumentorum productione modo prædicto, vtrique parti omnium tàm attestationum litterarum instrumentorum & documentorum quàm aliorum hincinde productorum concedatur copia. Et si aliqua partium voluerit obiicere in dicta & personas testium & aliquid dicere, obiicere & proponere contra ipsas litteras, instrumenta, & documenta litteratoria, hoc facere per articulos teneatur termino assignando, qui vnum mensem non excedat, nisi pensata natura & qualitate causę, multitudine scripturarum, vel aliàs maiorem terminum curia duxerit assignandũ, qui tamen alterius mẽsis non excedat spaciũ.

¶ Item dicto termino concedatur copia vtrique parti corũ quæ dicentur in dicta & personas testium & contra litteras, instrumẽta & alia documenta litteratoria. Et si aduersus obiectus dicta

dicta & proposita contra testes eorum dicta litteras & alia documenta litteratoria pars, velit aliquid dicere vel allegare, proponat articulos defensorios & probatorios termino assignando, qui viginti dies non excedat,& vlterius nomine audiatur.

¶ Item ad probandos articulos supra mentionatos à publicatione testium citra traditos dilatio detur, quæ triginta dies non excedet iuramento præstito per partes vel earum procuratores, quod ex malitia non proceditur,& deputabuntur vnius vel plures commissarij ad testes recipiendos & examinandos super articulis proxime dictis.

¶ Item peractis supradictis vel nihil obiecto in personas aut dicta testium publicatione eorum facta,nec aliquid proposito vel dicto contra litteras instrumenta vel documenta litteratoria,illico partibus instantibus, vel earum altera ad proponendum de iure & de facto terminus tringita aut quadraginta dies,non excedens, concedatur.

¶ Item partibus non instantibus ad proponendum de iure & de facto vel dicto termino assignato,ad proponendum elapso,habebitur pro renunciato & concluso in causa ex officio curiæ,& ad diffiniendum & sententiam audiendam terminus peremptorius, assignetur arbitrio curiæ præfigendus,& pendente dicto termino partes si voluerint allegationes iuris infra quindecim dies à tempore assignationis,poterunt tradere nisi ex causa curia,alium terminum duxerit statuendum.

De compulsoriis.

¶ Super compulsoriis nuper per recolendæ memoriæ Dominum Guillermum de Area pro tunc Gubernatorem Delphinatus,fuerunt edita statuta quem sequuntur.

¶ Si pars inchoet à compulsoriis litteris processum instrumento obligationis vel submissionis porrecto compulsorię cum assignatione ad quindecimam diem adminus ab executione concedantur:quarum copia reo mittetur,& earum executio per notarium à tergo describetur.

¶ Item reus legitimæ comparens termino prædicto, admittetur ad probendum excommunicationem falsi transactionis rei iudicatæ solutionis pręscriptionis& pacti,de non petendo exceptiones,vel earum alteram pro quarum vel cuius iustificatione terminum peremptorium quindecim dierum habebit:& copiam instrumēti obligationis si voluerit, quodquidem instrumentum pro

iustificatione compulsoriarum tenebitur actor exhibere.

¶ Item singulorum per reum propositorum & productorum actori si petat copiam, concedatur. Et pro responsionibus replicationibus & probationibus ordo & modus superius dicti in causis per petitionem vel supplicationem inchoatis, obseruetur.

¶ Item reo personaliter apprehenso nec non parente vel comparente: sed nullam prædictarum exceptionum opponente litteræ præcisè concedentur actori, vim & auctoritatem rei iudicatæ obtinentes: quæ lapsis decem diebus executioni demandabuntur.

¶ Item reo personaliter non apprehenso nec termino assignato comparente saltim ad locum domicilij iterato citabitur: & simili termino sicut suprà in quo si compareat similiter procedetur, vt supra quando fuit apprehensus. Si verò contumax existat, litteræ præcisæ concedentur.

¶ Præcedentia verò intelligi debent in casu, quo à Delphinatu reus non abesset citationis tempore.

¶ Item reo à Delphinatu absente si longa speretur eius absentia & mora euidenter sit damnosa actori: nec defensor appareat, detur curator bonis, cum quo vt supra procedetur nisi longior extimetur dari dilatio curatori, verisimiliter alienum factum ignoranti.

¶ Item omnes termini prædicti erunt peremptorij, sic quòd cuilibet partes satisfacere teneantur, nec aliàs vlterius admittantur.

¶ Item dicta statuta & ordinationes volumus obseruari: hoc addito quòd si contingat actorem impetrantem litteras compulsorias aliquid velle dicere contra exceptiones partis reæ replicando, & dictus reus in oppositum duplicando: ordo & modus tam in articulis & conclusionibus quàm aliàs & termini superius dicti, in causis aliis suprà declaratis obseruentur.

¶ *De appellationibus quemadmodum in ipsis appellati petantur, & appellationes ipse introducantur.*

PArs illa quæ infrà tempus debitum duxerit, appellandum teneatur infrà quindecim dies apostolos petere, quos iudex illico concedere teneatur, vel saltim primo termino per eum statuendo qui octo dierum spacium non excedat, nisi voluerit grauamen illarum reuocare, quod potest respectu interlocutoriæ, vt infrà dicetur, nec vlterius illo prætextu appellans adire iudicem

tene-

tenebitur:sed perinde erit acsi apostoli fuissent per eum concessi. deinde introducetur dicta appellatio coram superiori consistorio, seu præsidente infrà tempus à iudice à quo assignatum: & si tempus non fuerit assignatum ad tardius introducetur per appellantem infrà mensem, à die sententiæ vel interlocutoriæ promulgatæ, aliàs habebitur pro deserta. Et super prædictis concedentur litteræ citatoriæ terminum triginta dierum non excedentes cum inhibitione fienda iudici, à quo & parti ne quid noui fiat, videlicet quando appellatum fuerit ab interlocutoria dilatione pendente, & quando à diffinitiua appellatione pendente.

¶ *De appellationibus ab interlocutoria.*

¶ Si fuerit appellatum ab interlocutoria ordinatione vel præcepto appellans, petet apostolos, & iudex tenebitur tradere infrà tempus, & vt est dictum, aut grauamen illatum in interlocutoria si voluerit reuocare.

¶ Item insuper super appellatione ab interlocutoria, fuit per dictum quondam dominum Guillermum de Area Delphinatus gubernatorem ordinatum, vt sequitur. Appellatione ab interlocutoria emanata dabitur appellanti citatio, quæ spacium triginta dierum non excedat, qua etiam pendente nihil noui fiet à iudice, à quo cui quidem iudici mandabitur, quatenus acta causæ clausa remittat, nec in causa prædicta dationi libelli opus erit. Et nisi partes alia petierint eisdem ad audiendam sententiam, terminus assignabitur. Si verò pars copiam actorum petat, dabitur eidem & terminus vigintiquinque dierum præfigetur absque alio processu ad sententiam audiendam.

¶ Quam ordinationem volumus obseruari, hoc addito quòd si notarius instantiæ à quo requisitus differat tradere parti appellanti, quamprimum poterit copiam actorum coram ipso agitatorum sumptibus moderatis, soluet domino nostro Regi Delphino emendam decem florenorum auri & parti expensas sua malitia vel culpa factas.

¶ *De appellationibus à diffinitiua.*

¶. In appellationibus à diffinitiuis apostolis petitis appellationibus introductis, & litteris citatoriis, & inhibitoriis obtentis, vt est dictum, termino citationis adueniente, pars appellans tradet libellum suum articulatum materiam appellationis,

& alia quæ de nouo proponere voluerit deducentem & recte concludentem, & vlterius non audietur ad alia de nouo proponenda, quorum copia parti appellatæ conceditur terminum, qui viginti dies non excedat assignando.

¶ Item dicto termino adueniente appellatus si libellum confirmatorium articulatum dare voluerit, admittetur insuper si quas exceptiones vel defensiones aduersus nouiter proposita ex aduerso tradere voluerit, per articulos clare deducentes dictas exceptiones & defensiones, & recte concludentes admittetur. Et demum ad vlteriora procedetur circa replicationes & duplicationes libellorum articulatorum responsionésque & probationes hincinde fiendas, & aliàs quemadmodum in primis instantiis priuatorum fuit declaratum hoc addito, quòd iudex quantum rationabiliter poterit dilationes & terminos abbreuiabit, quibus peractis procedetur ad diffinitiuam partibus ad hoc assignatis, prout in se prædictis primis instantiis priuatorum fuit ordinatum.

¶ *De secundis & tertiis appellationibus.*

¶ In secundis autem & tertiis appellationibus curia quantum rationabiliter poterit dilationes & terminos prædictos decurtet, vt finis litibus quæ quasi immortales fuerunt, hactenus cum minori partium dispendio imponatur, aut saltim prout in primis appellationibus dictum & stilum & terminos ibidem statutos obseruet.

¶ Item quia multotiens contingit Secretarios Delphinales in processibus scribentes, ipsos processus tradere & reportare curiæ, cum interlineaturis & rasuris, ob quod materia suspitionis non modica oritur: statuimus & ordinamus quòd à cætero dicti Secretarij dictos processus teneantur facere immundum & interlineaturis & rasuris. Et si contigerit dictas interlineaturas & rasuras aliquo casu interuenire quòd propposse dicti Secretarij euitabunt, ipsi Secretarij in fine scripturæ in qua dictæ interlineaturæ & rasuræ interuenient, sub signis suis manualibus tenebuntur ipsas interlineaturas & rasuras declarare & approbare.

¶ Item habito pro renunciato & concluso in causa & termino assignato ad diffiniendum & sententiam audiendam, ne aliquid possit detrahi remoueri vel etiam adiungi processibus, ordinamus & statuimus quòd incontinenti & antea quàm ad vlteriora procc-

procedatur processus perforatis foliis à parte inferiori, cum cordono siue cordula sequestretur, & per appositionem sigilli regiminis Delphinatus in extremitatibus siue buttis dictorum cordoni siue cordulæ.

¶ Item insuper ad maiorem securitatem Secretarij scribentes in processibus incontinenti post assignationem, ad diffiniendum, & sententiam audiendum, declarabunt & certificabunt sub signis suis manualibus numerum foliorum existentium, in quolibet processu à principio ipsius vsque ad dictam diem assignatam ad diffiniendum.

¶ Item si per partes litigantes vel earum procuratores in responsionibus, vel aliàs calumnia committatur, dictam calumniam committentes, absque alia forma processus, ex eisdem actis pæna pecuniaria vel aliàs grauiori arbitrio curiæ prout conuenientius videbitur, punientur.

¶ Item quia, vt intelleximus, nonnulli Secretarij Delphinales in processibus scribentes processus originales, quandoque partibus principalibus, quandoque earum aduocatis & procuratoribus vel aliis personis, de gremio, consilij non existentibus tradunt, ob quod vt verisimiliter potest perpendi, inconuenientia multa possunt oriri. statuimus & ordinamus quòd à cætero dicti Secretarij in processibus scribentes sub pæna priuationis officiorũm suorum & alia pæna arbitrio curiæ statuenda, vna cum omnibus interesse, & damnis partis occasione præmissorum substentis dictos processus originales nullatenus tradant, seu quouismodo in manibus dictarum partium principalium, earum aduocatorum procuratorum & aliorum quorumcunque de gremio consilij non existen. ponant, sine nostro vel consilij mandato expresso.

¶ Item si contingat aliquem originalem processum inquisitionalem vel patrimonium Delphinale tangentem tradi per Secretarios Delphinales aduocato vel procuratori fiscalibus, occasione ad videndi ius domini nostri Regis Delphini dictus aduocatus vel procurator dictum processum recipiens, tenebitur tradere Secretario, à quo processum recipiet cedulam manu sua signatam, continentem receptionem dicti processus debito modo in dicta cædula designati.

¶ Item omnia alia & singula statuta & ordinationes per dictum quondam dominum Guilliermum de area Delphinatus guber-

natorem, in quibus tenore præsentium non reperitur aliquid immutatum vel derogatum, in suo robore volumus permanere.

¶ In cuius rei testimonium magnum sigillum regiminis Delphinatus his præsentibus duximus apponendum. Datum Gratiónopoli die Decima quarta mensis Ianuarij. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vicesimo tertio à natiuitate sumpta.

¶ Contra violentos & clandestinos possessores, fuit prouisum per dictum dominum Guillermum de Area quondam Gubernatorem Delphinum, vt in capitulo incipiente [Si quis per litteras]

¶ *Prouisio nouiter facta contra temerè appellantes supplicantes & recurrentes.*

¶ Ludouicus Regis Francorum primogenitus Delphinus Viennensis, Comesque Valentinensis & Diensis, ad perpetuam rei memoriam. Cupientes vt litibus quæ plerumque propter appellationum recursuum & supplicationum calumniosas siue temerarias interpositiones, magis solito in curiis nostris Delphinalibus & comitatuum nostrorum prædictorum frequentatas, sicut experientia manifestat, plus debito protelantur, & quandoque remanent indecisæ, non sine magnis iusticiæ & subditorum nostrorum prædictorum Delphinalium & comitatuum incommodis & dispendiis finis in antea celerius imponatur, malignantiúmque subterfugiis obuietur & temeritatis audacia refrenetur, ipsique subiecti nostri è laboribus & expensis releuentur. Statuendo decernimus ac inhibemus ne deinceps ab ordinationibus siue sententiis interlocutoriis in dictis curiis nostris, à quibus immediatè appellatur ad nos vel ad supremum consistorium nostrum, per officiarios eorundem ad quos spectat seu spectabit imposterum proferendis appelletur recurratur siue supplicetur. Et si appellatum fuerit recursum vel supplicatum quod huiusmodi tales appellationes recursus siue supplicationes nullatenus admittantur, nisi tale per sententias ipsas grauamen inferretur, quod non posset in diffinitiua sententia reparari, & circa hæc legales sanctiones seruari & insequi iubemus. Statuentes vlterius & inhibentes ne à diffinitiuis sententiis in dictis curiis nostris proferendis ad nostram curiam suppremam per quempiam temerè appelletur, nec etiam à dicta curia nostra suppremа eiusve ordinationibus & sententiis temere ad

re ad

rè ad nos vel dictam curiam nostram supplicetur vel recurratur. Et ne à modo fiat statuimus & ordinamus, quod temerè appellantes ad curiam nostram supremam supplicantésque seu currentes à dicta suprema curia nostra, incurrant pœnas, videlicet, temerè appellantes, sexaginta librarum, & temerè supplicantes seu recurrentes, sex viginti librarum monetæ currente nobis applicandas. Si tamen appellationes ipsas supplicationésque vel recursus temerarios fuerint vsque ad inhibitionem iudici seu bailliuo, à quo fiendam respectu appellationum, & quo ad recursus vel supplicationes vsque ad citationes partis inclusiue prosequuti. Et quæ pænæ supradictæ tunc demum exigantur cum fuerit per dictam curiam nostram supremam temerè appellatum supplicatum vel recursum sententialiter declaratum, mitigatione tamen dictarum pœnarum pro modo temeritatis & facultatum appellantium & supplicantium temerè dictæ curiæ nostræ supremæ reseruata. Statuentes etiam quod nisi fuerit iudici à quo per dictam nostram supremam curiam inhibitum infra triginta dierum spacium à fine temporis introductionis dictárum appellationum numerandorum, quòd iudex ipsæ à quo suam sententiam exequatur, ac si in rem transiuisset iudicatam, quę autem in temerè appellantibus & supplicantibus statuimus eadem in temerè recurrentibus, per viam nullitatis obseruari volumus & iubemus. Et ne appellationum causæ in nostra curia suppreme deuolutæ & deuoluendæ pænæ efficiantur immortales, si cursus earum certis non concluderetur temporis metis. Statuendo etiam decernimus quod causæ ipsæ appellationum interpositarum & introductarum seu interponendarum & introducendarum infrà tempora per statuta Delphinalia ordinata & diffinita in dicta nostra suprema curia, continuentur & prosequentur infra tempora à iure scripto, ad prosequendum appellationes determinata, ab inde tamen in antea respectu causarum iam introductarum cōputanda, aliàs quod appellationes ipsæ sint desertæ. Et vt desertæ & ineffica ces pronuncientur & declarentur. Et esto quod fuerit assignatum ad diffiniendum in ipsis causis introductis & introducendis, ordinamus quòd pars appellans & etiam supplicans singulis annis semel ad minus tempore quo prima audientia post ferias tenebitur, petere debeat & teneatur in ipsa audiētia publica causam ipsā diffiniri, & hoc facere registrari in actis, aliàs habeatur

& censeri debeat appellatio seu supplicatio ipsa pro deserta. Et ne circa tempora introducendarum appellationum prætextu contentorum in statutis Delphinalibus, de tempore triginta & quadraginta dierum mentionem facientibus, valeat imposterum dubitari declaramus attento quòd maior curia appellationum totius Delphinatus ad dictam nostram supremam curiam fuit pro acceleratione causarum translata & deuoluta, in qua appellationum curia erat terminus ad introducendum dictas appellationes quadraginta dierum, quòd terminus ipsæ quadraginta dierum ad introducendas dictas appellationes in dicta nostra curia suprema de cætero obseruetur. Quocirca dilectis & fidelibus nostris Gubernatori & gentibus consilij ac senescallo baillivis ac cæteris officiariis nostris Delphinatus & comitatuum prædictorum, vt locatenentium & cuilibet ipsorum prout ad eum pertinuerit. Committimus præcipimus & mãdamus quatenus statuta siue ordinationes nostras prędictas, in curiis nostris prædictis publicę diuulgari faciant ac inuiolabiliter obseruari, ipsásque in libris aliorum statutorum Delphinalium transcribi ad certam rei memoriam, quoniam sic fieri volumus & iubemus. Quòd vt firmum & stabile permaneat in futurum sigillum nostrum his præsentibus duximus apponendum. Datum Sauzeti die secũda mensis maij. Anno Domini millesimo quatercentebmo quadragesimonono.

¶Per dominum Delphinum vobis Domino de Castellione, Gubernatore Delphinatus de estissaco magistro Renerio de Bouleigni, Aymaro de Claromõte, Gabriele de Bernes, Hugone de sancta: Camella & aliis præsentibus.

P. Thorelli.

¶ *Ordinatio facta de modo procedendi & de deposito fiendo in causis reuisionis in curia supremi consistorij Delphinensis.*

LVdouicus Regis Francorum primogenitus Delphinus Viennensis, Comesque Valentinensis & Diensis. Notum fieri volumus vniuersis quòd nos ad æternam rei memoriam pro subditorum nostrorum, ac totius reipublicæ fructuosa vtilitate cupientes, vt litib. & causis maximè, quę in nostra curia supremi cõsistorij Delphinatus vẽtilãtur, finis imponatur, cõclusimus ne propter varios iteratósque recursus & supplicationes lites & causę huiusmodi penę efficiũtur immortales, & rerũ dominia remanẽt in incerto.

Cum

Cum consilij nostri matura deliberatione super his præ habita hoc nostro edicto adherendo, & addendo nonnullis aliis ordinationibus super appellationibus, recursibus & supplicationibus per nos aliàs, de anno Domini Millesimo Quatercentesimo Quadragesimo nono, & die secunda Mensis Maij factis & æditis, quibus per præsentes derogare non intendimus, nisi in hoc expressis statuendo decernimus, & ordinamus, ne à sententiis & ordinationibus, in dicta nostra Supremi Consilij Delphinatus Curia latis, de cætero quouis modo, seu quacunque de causa præter quàm semel tantum sit licitum supplicare vel recurrere, nec per dictam curiam nostram supremam vltra semel supplicatio vel recursus quomodolibet admittatur. Quod & ita à fortiori volumus & iubemus, in causis per nos seu magnum Consilium nostrum diffinitis, quo casu depositis & consignatis primitus & ante omnia in manibus curiæ per eosdem supplicantes, & recurrentes sex viginti libris monetæ currentis pro pænis, iuxta tenorem ordinationum nostrarum prædictarum aliàs super hoc factarum, contra tales supplicantes & recurrentes si succumbant declarandis, tunc per dictam curiam & non aliàs, tales recursus & suplicationes recipiantur & admittantur. Quocirca dilectis & fidelibus nostris, gubernatori & gentibus consilij nostri, ac cæteris officiariis nostrorum Delphinatus & comitatuum prædicttorum & eorum locatenentium, ac cuilibet ipsorum prout suo congruit officio, committimus, præcipimus & mandamus, quatenus hanc nostram præsentem sanctionem & ordinationem in æuum duraturam, in curiis nostris ac locis solitis publicè diuulgari faciant, ac inuiolabiliter obseruari ipsámque pro æterna rei memoria in libris aliorum statutorum Delphinalium transcribi & registrari, quoniam sic fieri volumus & iubemus: quod vt firmum & stabile permaneat in futurum sigillum nostrum litteris præsentibus duximus apponendum. Datũ Romanis die decimaseptima Mensis Nouembris Anno Domini, M. Quatercentesimo Quinquagesimo secundo.

¶ Per Dominum Delphinum vobis Archiepiscopo Ebrudunẽsi, Episcopo Valentinensi, Gubernatoris Marescallo, Magno magistro Hospitij & Generali Delphinatus, magistro Antonio Bonerij Vice præsidẽte. Io. Baiuli & plurib. aliis præsentib. Bourre.

¶ *Edictum de Donationibus inter Viuos.*

¶ Ludouicus Regis Francorum Primogenitus Delphinus Vienn.

Coméſque Valenſ.& Dienſi. In cunctorum ſubiectorum noſtrorum publicam deduci volumus notitiam. Quòd nos ſubditorum noſtrorum incommoditatibus cupientes occurrere. Ipſóſque à calumnioſis deceptionibus illæſos præſeruare, maxime contra illum pernicioſum abuſum quem inter ſubditos noſtros circa donationes inter viuos nuncupatas, aut donatariorum vel eis fauētium malignitate & ſubdola introductione, aut donantium leuitate & ſimplicitate ac ſæpiſper vtriſque contingere inuenimus, tam ex multiplicatis quæ apud nos perueniunt quærimoniis, quàm ex frequentibus litibus, quæ & iudiciis ac curiis noſtris, ac vaſſallorum noſtrorum talium prætextu donationum & ſimilium contractuum agitantur, vnde ipſi ſubditi noſtri grauibus afficiuntur diſpendiis, & inter ipſos litigia & diſcordię plurimę ſuſcitantur, hoc igitur generali edicto in vniuerſo dominio noſtro perpetuo valituro, matura cum gentibus conſilij nobiſcum reſidentis, ac parlamenti noſtri aliorúmque peritorum deliberatione præhabita ſanximus, ſtatuimus, & decernimus donationes prædictas de cœtero fiendas, non eſſe aliter valituras quam ſi in bailliui iudicis aut Caſtellani loci ſiue parrochiæ domicilij donatoris vel locatenentis eorundem. Et trium ex proximioribus conſanguineis ſiue parentibus ipſius donatoris in dicta parrochia exiſtentibus, vel vbi non reperirentur in dicta parrochia aut vocati adeſſe nollent in donatione prædicta, aliorum virorum proborum dictę parrochiæ, non ſuſpectorum per alterum ex dictis officiariis, pro numero parentum non repertorum, aut adeſſe vt ſupra nolentium ſurrogādorum præſentia factæ fuerint, recitatæ & publicatæ. Et quas aliter fieri prohibemus, eáſque ſi fierent præmiſſis non obſeruatis, nullas & irritas eſſe decernentes & perinde haberi, tàm in iudiciis quàm extra, ac & ſi factæ non fuiſſent tabellionibus, ne de donationibus huiuſmodi niſi ſeruata forma prædicta factis inſtrumenta recipiant, ſub pœna priuationis tabelliona tus officij interdicentes. Et vbi de donationibus ipſis factis & fiendis forma etiam ſeruata prædicta, donatores ad effectum reuocandos, earundem vocatis donatariis, & iuramēta ſi interuenerint obtenta diſpenſatione, vbi de iure fuerit obtinenda, contigerit iudicialiter quærelari coram iudice competenti ſi eidem veriſimiliter conſtiterit, ſaltim indiciis aut coniecturis præſumptā inducentibus & verſimilem probationem donationes ipſas indiſcretè, vel aliàs ſine rationabili cauſa proceſſiſſe, aut donatoribus conuenta adimpleta non fuiſſe, eas viribus omnino carere decernat donatorum aſſertionibus,

etiam iuramento, vel alio quouis iuris aminiculo roboratis; quas eadem facilitate, sicut ad donandum consueuerunt experientia, docente moneri non obstãtibus: quas donationes tam factas quàm fiendas, casu prædicto ex nunc in antea haberi voluimus ac si factæ non fuissent: soluta tamen huiusmodi donationum prætextu vel exposita ad vtilitatem donatorum, per donatarios eisdem teneantur donatores ipsi restituere, ad cognitionem summariam dicti iudicis, vbi aliter circa hoc non essent partes ipsæ cõcordes, nullo tamen propter hoc retentionis bonorum donatorum iure donatariis ipsis competentis. In pręmissis autem donationes emancipationis causa vel contemplatione futurorum matrimoniorum factas vel fiendas, non intelligimus fore comprehensas, nec etiam per ea iuribus & remediis, aliis pro donatoribus ipsis facientibus & introductis in aliquo derogare, vbi verò donatores quærelam de donationibus prædictis iudicialiter & vocatis donatariis facere non contingeret, in sua maneant firmitate, nec liceat donatorum, successoribus ad causam premissorum contra ire. Quo circa volentes præmissa per vtilitate subiectorum nostrorum introducta perpetuo obseruari, mandamus dilectis & fidelibus nostris Gubernatori nostri Delphinatus eius locumtenenti & gentibus dicti nostri parlamenti, quatenus ea in curia eiusdem & cæteris curiis bailliuuatuum & aliarum curiarum tam mediatarum quàm immediatarum dicti nostri Delphinatus, insinuari & publicari faciant, & illa ibidem registrari, ne quisque ignorantiam prætendere possit, & lapsis duobus mensibus post insinuationem earumdem pro lege obseruent. Et ab omnibus officiariis & subditis nostris tam mediatis quam immediatis faciant inuiolabiliter obseruari. B. in cuius rei testimonium sigillum nostrum in absentia magni ordinatum præsentibus duximus apponendum: datum Grationopoli die vltima mensis Iulij. Anno Domini Millesimo quatercentesimo quinquagesimosexto.

Per dominum Delphinum archiepiscopo Ebredunensi gubernatore marescallóque Delphin. & quãpluribus aliis præsentibus.

Io. Coleman.

¶ *Littera taxationis sigilli superioris consistorij Delphinatus concessa per dictum Dominum regentem & Delphinum. Millesimo quatercentesimo nonagesimonono.*

KArolus Regis Francorum filius regnum regens, Delphinus Viennēsis, dux Bituriç & Turoniç, ac comes Pictauię, Valen-

si & Diensi notum fieri volumus vniuersis quod audita quærimonia nobis nunc & aliàs pluries facta pro parte dilectorum fidelium nostrorum gentium trium statuum patriæ nostræ dicti Delphinatus continens, in effectu quòd licet tēporibus retroactis foret vsitatum in curia nostra superioris consistorij dicti Delphinatus, recipere duos florenos curribiles dùmtaxat pro sigillo sentētiarum: quæ in dicta curia præferebantur & præfirmiter & qualibet earum de quacunque summa, re vel quantitate aut negocio existeret. Nihilominus à quatuor vel quinque annis citra exactor emolumentorum dicti sigilli exegit, & recuperauit nomine nostro maiores & excessiuas quātitates pecuniarū: aliquando decem aliquādo viginti, aliquādo etiā triginta aut quadraginta florenos, habēdo respectū ad valorē & quātitatē rei vel summæ de qua fuerat iudicatum in grande damnum præiudicium & grauamen dictarum gentium trium statuum & totius patriæ Delphinatus: & contra morem solitum supplicando nobis propterea quatenus super præmissis eisdem gratiosè prouidere dignaremur declarationem nostram & moderationem apponendo per modum taxæ, aut aliàs taliter quòd vlterius ita excessiue ad exactionem dicti sigilli non procedatur ipsiúsque supplicationem & requeste, tenore diligenter attento, perquiri fecimus in Camera Delphinalium computorum: si ibidem aliqua taxa reperiretur super modo exigendi emolumenta dicti sigilli superioris consistorij & audientiæ Delphinatus, & tandem repertum fuit quoddam publicum instrumentum continens (vidimus) litterarum dictæ taxæ quarum litterarum tenor dicitur esse talis.

GVilliermus de Vergeyo Dominus Miribelli locū tenēs illustris Principis Domini Karoli primogeniti Regis Frācorum Delphini Viennensis, notum facimus vniuersis. Nos habita deliberatione cum Delphinalibus consiliariis infrascriptis taxasse emolumenta sigilli cancellariæ Delphinatus, tradidisséque ad exigendum & recuperandum Franciscum Bermundi notarium & audientiarium dictæ cancellariæ, iuxta dictam taxam Cuius tenor talis est,

Primo de littera creationis bailliui sex florenos.

De littera creationis iudicis ordinarij quattuor florenos.

De littera creationis iudicis appellationum sex florenos.

De creatione procuratoris fiscalis quattuor florenos.

De crea-

De creatione procuratoris romanæ curiæ, quattuor florenos.
De creatione magistri rationalis, quattuor florenos.
De creatione consiliarij habentis salarium, quatuor florenos.
De creatione procuratoris, duos florenos.
De creatione auditoris computorum, duos florenos.
De creatione castellani, duos florenos.
De creatione clauarij & celerarij, vnum florenum.
De littera nustraliæ, vehenæ & proposituræ, duos florenos.
De creatione notarij, vnum florenum.
De littera notarij cui datur officium, duos florenos.
Et idem de propriis notariis Domini.
De creatione operarij & monetarij monetarum, quinque florenos.
De creatione magistrorum nouorum quando mutatur moneta, vigintiquinque florenos.
De creatione seu confirmatione sindicorum & consulum, vnum florenum.
De iudice delegato ad vnam causam, sex grossos.
De litteris commissionis in causa appellationis alteri quam iudici, tres grossos.
De littera maynerij singularis, duos florenos.
De littera magerij generalis, quattuor florenos.
De littera foresterij, duos florenos.
De littera bannerij & champerij, vnum florenum.
De litteris simplicis iusticiæ, vnum grossum.
De litteris iusticiæ gratiosæ, duos grossos.
De litteris executoriis, vnum grossum.
De litteris quod nihil noui fiat, vnum grossum.
De litteris quod quis in sua iusta possessione tueatur, vnum grossum.
De litteris inquirendi ad postulationem partis, vnum grossum.
De garda simplici & saluagardia, vnum florenum.
De litteris compositionis aut sententia pro qualibet libra qua componetur, dimidium grossum.
De litteris remissionis pecuniarum pro qualibet libra, duos solidos.
De remissione mortis à baronibus & banneretis, centum florenos: de nobilibus & burgensibus, quinquaginta florenos & à minoribus, decem florenos.

De remissione mutilationis distinguendo personas vt supra soluatur medietas.

De remissione relegati seu banniti ad perpetuum soluatur sicut de remissione mutilationis distinguendo personas, vt supra.

De remissione fustigationis & pillereti, duos florenos.

De remissione relegati seu banniti ad tempus pro quolibet anno quo remittitur, vnum florenum.

De litteris donationis rerum immobilium secundum æstimationem pro libra, dimidium grossum.

De littera donationis pecuniæ pro tota littera, tres grossos.

De litteris donationis imperij seu iurisdictionis, quinquaginta florenos.

De litteris nouæ infeudationis pro qualibet libra, dimidium grossum.

De litteris confirmationis affectamenti donationis gratiosæ, duos florenos: vel si maluerit impetrans pro libra qualibet rei affectatæ quartam partem, vnius grossi.

De litteris retentionis & laudationis, tres grossos.

De litteris inuestituræ & homagij recepti, vnum florenum.

De litteris prorogationis homagij seu recognitionis ab habentibus imperium & iurisdictionem, duos florenos.

Ab illis qui non habent imperium & iurisdictionem, vnum florenum.

De litteris albergamenti, vel arcensamenti, vnum grossum.

De litteris prorogationis condemnationis vel compositionis pro libra, duos denarios.

De litteris arresti cuiuscunque computi, sex grossos.

De litteris limitationum territorium, vnum florenum.

De litteris permutationum, quinque florenos.

De litteris informationis & relationis eiusdem; vnum grossum.

De litteris quibus mandatur alicui satisfieri, vnum grossum.

De litteris cuiuscunque qui retinetur de hospitio domini, vnum florenum.

De litteris concessionis libertatum vniuersitati, viginti florenos.

De litteris concessionis libertatum & priuilegiorum singularum personarum, quinque florenos.

De litteris declarationis imperij iurisdictionis libertatum & franchesiarum, quinque florenos.

De litteris quando

De litteris quando aliquis affranchiatus in persona & rebus, decem florenos.

De litteris quòd liceat taliam facere, tres grossos.

De litteris quòd vniuersitates possint facere procuratores tres, grossos.

De litteris citatoriis, vnum grossum.

De litteris contumaciæ, vnum grossum.

De aliis omnibus litteris pertinentibus ad iudicia recipiat duplum quam Iudices.

De liberatione arresti recipiat duplum quam Iudices.

De confirmationibus gratiosis gestorum prædecessorum domini, duos florenos, exceptis libertati vniuersitatum, de quibus soluatur vt suprà.

De littera qua mandatur deleri inquisitio à Baronibus, duos florenos.

A nobilibus, vnum florenum.

A burgensibus, vnum florenum.

A minoribus, sex grossos.

De liberatione arresti personalis in casu termino à Baronibus & banneretis, duos florenos.

A nobilibus & burgens. vnum florenum.

A minoribus sex grossos: Et in casu ciuili exigatur medietas.

¶ Item quod in aliquo pacto faciendo cum dicto domino nostro Delphino & eius locum tenentem sigillum non intelligatur inclusum. Esto quòd contrahens faceret de eo mentionem expressam in dicto pacto, quæ si fiat facienti non prosit. Datum Romanis die tertia decima Iunii, Anno domini millesimo quatercentesimo sexagesimo.

¶ Per dictum dominum locumtenentem in consilio quo erant domini Claueysonis, Franciscus de Palma, & de Monte Salis. Rod. de Ampliis, Ioannes de Bosco, Ioannes de Benenco, Dionysius Guilhermi, H. Pilati. Io. Mathei, & Stephanus Gerardi.

QVibusquidem litteris diligenter aduisatis & earum tenore examinato, adhuc restabat difficultas, nec per eas apparebat sufficiens declaratio & clara taxa super modo exigendi emolumentum dicti sigilli sententiarum prædictarum. Et propterea pro parte qua supra nobis fuit humiliter iterato supplicatum, quatenus super hoc taxam & declarationem nostras certas & præfixas facere & ordinare dignaremur perpetuo duraturas.

¶ Nos vero habita super hiis matura deliberatione, consilij nostri tam nobiscum residentis quam gubernatoris & gentium consilij & camerę computorum dicti nostri Delphinatus in hac ciuitate existentium. Ordinauimus & ordinamus per præsentes ac declaramus quòd abinde inantea pro sigillo siue sigillis sententiarum dicti superioris consistorij Delphinatus, exactor & recuperator emolumentorum eiusdem, recipiat florenorum seu pecuniarum quantitates in moneta curribili in dicto Delphinatu tempore, quo solutio erit facienda quæ sequuntur & non vltra, & ita perpetuo obseruetur.

¶ Et primo pro sigillo sententiæ late super summa seu valore, à ducentum florenis infrà, exigatur vnus florenus curribilis, seu eius valor in moneta currenti tempore solutionis fiendæ.

A ducentum florenis vsque ad tercentum florenos exclusiuæ, duo floreni.

A tercentum florenis vsque ad quatercentum florenos, tres floreni.

A quatercentum florenis vsque ad quingentos florenos, quattuor floreni.

A quinhentis florenis vsque ad sex centum florenos, quinque floreni.

A sex centum vsque ad septies centum florenos, sex floreni.

A septies centum vsque ad octies centum florenos, septem floreni.

Ab octies centum florenis vsque ad nonies centum florenos, octo floreni.

A nonies centum florenis vsque ad mille florenos, nouē floreni.

A mille floren. vsq. ad xi. centum flor. exclusiue, decem floreni.

Ab xi.c.flor. vsq. ad xij.c. flor. exclusiue, decem flor. & sex grossi.

A xij.c. florenis vsque ad xiij.c. florenos exclusiue, xj. floreni

A xiij.c. florenis vsque ad xiiij.c. florenos exclusiue, xj. floreni & sex grossi.

A xiiij.c. florenis vsque ad xv.c. florenos, duodecim floreni.

A xv.c. flor. vsque ad xvj.c. florenos, duodecim flor. & sex grossi.

A xvj.c. flor. vsque ad xvij.c. florenos exclusiue, xiij. floreni.

A xvij.c. florenis vsque ad xviij.c. florenos exclusiue, xiij. floreni & sex grossi.

A xviij. c. florenis vsque ad xix. c. florenos exclusiue, xiiij. floreni.

A xix.c.

A xix.c.flor.vsq.ad duo millia exclusiuè,xiiij.flor.& sex grossi.

¶Et de duob.milibus integre quindecim floreni,& sic petendo pro quolibet centenario integro sex grossos, quod est pro quolibet miliario, quinque floreni vsque ad summam septem millium florenorũ integre & exclusiue,pro qua recipiantur quadraginta floren.& non vltra,quantacũque fuerit summa seu valor rei.

¶ Pro sigillo verò sententiarum quæ in causis appellationum proferentur,non recipiatur nisi medietas taxæ prædictæ.

¶Et si forte de sigillis sententiarũ ferendarũ super bonis immobilib. vel hæreditatib.super ipsarũ extima seu valore esset altercatio vel difficultas inter exactorem sigilli & partem priuatam,habita cõsideratione ad taxam prædictam,recipiatur summaria informatio per cameram computorum per iuramentum partis,vel aliàs prout eis videbitur,quæ tamen expensis partis priuatæ super valore bonorum vel hæreditatis, super quibus ipsa sententia fuerit prolata,& soluatur iuxta taxam prædictam.

¶ Pro sigillo vero sententiarum absolutoriarum ferendarum in causis criminalibus nihil exigatur nec soluatur pro sigillo.

¶ In aliis verò contentis in dictis litteris domini Guilliermi de Vergeyo super taxatione emolumentorum dicti sigilli suprà insertis,volumus ipsam taxam & contenta in ipsis litteris in suo robore perpetuo remanere, & obseruari de puncto ad punctum absque inuocatione aliquali excepto, dumtaxat modo exigendi emolumentum dicti sigilli sententiarum prædictarum super per nos declarato & taxato.

¶Gubernatori consilio gentibus computorum thesaurario Delphinatus dictóque exactori præsentibus & futuris, vel eorum vicegerentibus harum seriæ præcipient. & mandantes quatinus,dictas litteras præfati domini Guilliermi de Vergeyo, suprà insertas & omnia contenta in eisdem excepto,dumtaxat illo capitulo tangente taxationem sigilli dictarum sententiarum ac præsentes nostras litteras,quo ad receptionem & leuationem sigilli prædictarum sententiarum iuxta taxam suprà per nos factam obseruent teneant & adimpleant,ac adimpleri teneri & obseruari faciant, perpetuo & inuiolabiliter,nihilque in contrarium attentare audeant vel præsumant,inquantum grauem punitionem, & nostram indignationem cupiunt euitare. Quòd vt firmum & stabile perpetuo perseueret sigillum nostrum in absentia magni ordinatum præsentibus litteris duximus apponendum. Datum Lu-

gduni die vltima mensis Ianuarij, Anno domini millesimo quatercentesimo decimonono. Per consilium. Manlone.

¶ *Litteræ in quibus sunt inserta libertates Delphinatus confirmata per dominum Karolum regem Delphinum filium domini Karoli quondam regis Delphini.*

KArolus Dei gratia Francorum Rex Delphin. Viennen. notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris, Nos litteras inclitę recordationis charissimi domini & genitoris nostri, vidisse formam quæ sequitur continentes.

¶ Karolus Dei gratia Francorum Rex & Delphinus Viennen. notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris, nos vidisse litteras formam quæ sequitur continentes.

¶ In nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Nouerunt vniuersi & singuli præsentes & futuri, Quòd anno Domini Millesimo tercētesimo quadragesimonono, inditione secūda, die decima sexta mensis Iulij, pontificatus sanctissimi patris & domini nostri Domini Clementis diuina prouidente clementia Papæ sexti, Anno octauo in præsentia mei notarij & testium subscriptorum paulopost translationem realem & traditionem possessionis Delphinatus, factam die prædicta per illustrem principem dominum Humbertum Antiquiorē Delphinum Viennen. & illustrem principem dominum Karolum primogenitum, illustris principis domini Iohānis primogeniti serenissimi principis, domini Philippi Dei gratia Francorū regis Normandię & Acquitanię, ducis ac Pictauię. Andegauen. Cenomanē. comitis Delphinum Viennen. iuniorem & acceptationem dictæ translationis & possessionis factam per dominum Karolum Delphinum iuniorem prædictum reuerendus in Christo pater dominus Iohannes Dei gratia episc. Grationopoli, exhibuit eidem domino Karolo Delphino iuniori prædicto, præsente prefato domino duce genitore eiusdem quoddam publicum instrumentum confectum & signatum per me notarium infrascriptum, dictíque domini Humberti Delphini Antiquioris maiori in pendenti in cordono serico & cera rubea, sigillatum sigillo, continens certas libertates & franchesias gratias concessiones declarationes & priuilegia per pręfatum dominum Humbertum Antiquiorem Delphinum, dudum de mēse martij, nuper lapsi factas, & facta concessas, & concesso prælatis baronibus

nobilibus

nobilibus, valuassoribus & aliis personis & subditis Delphinatus & aliarum terrarum suarum, quod instrumentum dictus dominus Karolus pro lecto habuit, cuius tenor sequitur, & est talis.

¶ In nomine Domini nostri Iesu Christi Amen. Nouerint vniuersi præsentes pariter & futuri quòd anno natiuitatis eiusdem domini, Millesimo tercentesimo quadragesimonono indítione secunda, die quartadecima mensis martij, pontificatus sanctissimi patris & domini nostri domini Clementis digna Dei prouidentia papæ sexti, Anno septimo illustris princeps dominus Humbertus Delphinus Viennen. constitutus propter ea quæ sequuntur coram me Humberto Pillati notario publico & testibus supraſcriptis: ipsæ siquidem dominus Delphinus liberalitatis patrocinio & gratitudinis amminiculo non indignè sicut asseruit stimulatus in suæ mentis intelligentia commemorans, quibus & quantis prælatis & aliæ ecclesiasticæ personæ barones bannereti proceres nobiles valuassores & franci vniuersitates communitates & cæteri subditi Delphinatus, vniuersaliter vniuersi & singulariter singuli erga ipsum dominum & predecessores eiusdem reuerentiis & obedientiis debitis & fidelitatibus illibatis, nec minus circa protectionem huiusmodi nostris & iurium Delphinatus, vt veri pugiles, videlicet prælati & cæteri ecclesiastici consiliis opportunis, alij verò etiam consiliis & bellicoso frequenter certamine curis sollicitis claruerunt, volens eos & eorum singulos in suis, bonis antiquis vsibus & consuetudinibus priuilegiis & libertatibus etiam amplioribus futuris & perpetuis temporibus confouere: & ne forsan successorum ambitiosæ desiderationis euentus aut sinistrorum interpretum intellectus, ipsos vsus & consuetudines priuilegia & libertates variet dirimat seu nouis & perniciosis inuentionibus deniet à luminibus claritatis prædictis & aliis prelatis baronib. banneretis baronibus proceribus nobilibus valuassorib. & franchis vniuersitatib. communitatib. & cæteris subditis Delphinatus & aliarum terrarũ ipsius domini Delphini & hæredibus & successorib. eorundẽ, & mihi notario supra & infrascripto, tanquã publicæ personæ stipulãti & recipiẽti nomine ipsorũ & omniũ & singulorũ quorũ interesse & interesse poterit in futurũ, prout eis & eorum singulos vniuersaliter & singulariter tangunt & tangere poterunt, infrascripta consideratione pręmissorum, & in remissionem peccatotorum suorum & prædecessorum suorum, illorum maximè quæ in facto monetarum,

exactionibus gabellarum & fogagiorum, & in damnis datis terræ suæ quando ibant vel reuertebantur caualgatæ seu in comestionibus factis per eum & prędecessores suos aut familiares, canes venatores equos summerios falcones vel garciones eorum in ecclesiis abbatiis prioratibus & aliis domibus ecclesiasticis aut aliis quibuslibet Delphinatus & terrarum cæterarum dicti domini Delphini hactenus incurrerunt, fecit dedit donauit concessit & declarauit pro se & successoribus suis in perpetuum, declarationes, priuilegia, libertates immunitates, franchesias, cōcessiones & gratias quæ & prout inferius continentur.

¶ *Quod dominus Delphinus quando mandabit nobiles pro caualgatis vel alia causa gagia soluere teneatur.*

IN primis voluit ordinauit concessit & declarauit præfatus dominus noster Delphinus pro se & suis perpetuo successoribus quibuscunque, quod quotiens & quandocunque ac quouis tempore ipse vel successores suos mandare continget ad se venire barones seu alios nobiles Delphinatus aut aliarum terrarum suarum, pro caualgatis aut aliis negociis ipsius Delphinatus seu terrarum aliarum dicti domini Delphini vel alia causa quacunque, ipse dominus Delphinus & successores sui eisdem baronibus & nobilibus mandatis & venientibus, veniendo stando & redeundo gagia debita iusta & consueta soluere teneantur.

¶ *Quod dominus Delphinus teneatur mandatis ad caualgatas qui perdent equos, emendare.*

¶ Item quotiens & quandocūnque ipsum dominum Delphinum vel successores eiusdem, continget caualgatas mandare, si ex quo & barones nobiles vel alij mandati per dictis caualgatis recesserint de eorum domibus eundo ad dictas caualgatas, vel inde redeundo, quocunque casu fortuito sine lata culpa eorum amiserint equum rossinum vel sommerium quemcunque, ipse dominus Delphinus & successores eiusdem teneantur & debeantur dictum equum rossinum seu sommerium emendare.

¶ *De emenda equorum qui morientur pro guerra etiam in stabulo.*

¶ Item si & quandocunque contingeret aliquem ex eis equum pro guerra Delphinali quod qualitercunque ipse equus moreretur etiam in stabulo, dum tamen sine dolo & fraude & sine lata culpa illius cuius esset, ipse dominus Delphinus & successores sui emendare debeant dictum equum.

¶ De

¶ De redemptione captiuorum.

¶ Item quòd si & quicunque tempore pro guerra dicti domini Delphini vel successorum suorum aut aliàs mandati per dominum Delphinum vel eius baillinium barones nobiles vel alij subditi Delphinatus seu aliarum terrarum suarum per inimicos Delphinales eorum, aliquis vel aliqui capiantur, ipse dominus Delphinus & successores sui ipsum captum vel captos redimere teneantur, & ab inimicis totaliter liberare, & tunc captiui qui caperentur de inimicis Delphinatus per subditos quoscunque ad ipsum dominum Delphinum & successores suos debeant pertinere.

¶ De remissione datarum & clamarum.

¶ Item cum ipse dominus Delphinus vt asserebat à subditis suis de datis & clamis maioris curiæ Viennesij, & aliis quæ à paucis temporibus leuari consueuerunt in aliis curiis Delphin. & cæterarum terrarum suarum, multas habuit quærimonias & quærelas asserentibus subditis ipsas datas & clamas in modicum ipsius domini Delphini commodum cedere: & in maximum detrimentum ac exhæredationem eorum ipse dominus Delphinus datas ipsas & clamas curiæ Viennesij & aliàs quascunque à paucis temporibus leuari consuetas, vbicunque & in quacunque curia sui Delphinatus & aliarum terrarum suarum leuant, remisit amouit quietauit & totaliter liberauit.

¶ De moderamine magneriorum seu seruientum.

¶ Item voluit ordinauit & declarauit ipse dominus Delphinus numerum magneriorum seu seruientium curiæ in quibuscunque curiis castris & terris ipsius domini Delphini & successorum suorum moderari, & moderatum teneri secundum quod ipse dominus Delphinus aliàs in suis statutis & ordinationibus ordinauit, ne propter multitudinem ipsorum magneriorum grauentur nimis subditi Delphinatus.

¶ Quod in domibus nobilium ipsi non pignorentur si extra reperiantur eorum pignora sufficientia.

¶ Item q. magnerij vel alij officiales Delphinales in domib. baronũ vel aliorum nobiliũ Delphin. seu aliarũ terrarũ suarũ pignorare nõ possint, nec debeãt infra domos ipsas quãdiu pignora sufficientia ipsorum pignorandorum extra domos eorum poterunt reperiri ad euitandum scãdala quæ inde possẽt forsitan euenire.

¶ Quod nulla publicentur testamenta nuncupatiua in curia, nec ad id quispiam compellatur nisi hoc hæres peteret.

¶ Itẽ q. deinceps in quacunq; curia Delphinatus vel alibi infra

Delphinatum seu terras ipsi Delphinatui medietate vel immediate subiectas nulla publicentur vel publicari debeant testamenta nũcupatiua, nec ad id qui ipsam cõpellatur, nisi dũtaxat in casu, quo hæres vniuersatis institutus ipsum peteret publicari testamẽtum nuncupatiuum, in quo esset scriptus & institutus hæres

De moderamine sigillorum & scripturarum.

¶Item voluit & concessit dictus dominus Delphinus, quod ordinationes aliàs factæ per eum super moderamine sigillorum & scripturarum notariorum quantũcunque curiarũ & terrarum suarum renouentur, & in firmam obseruantiam teneantur.

De reuocatione nouorum pedagiorum & gabellarum.

¶Item omnes & singulas gabellas nouas vbicunque in Delphinatu & aliis terris suis per eum vel prædecessores suos, seu alias personas quascunque introductas & impositas, quoquo modo à tempore felicis recordationis domini Humberti Delphini Viennen. aui paterni dicti domini Humberti præsentis citra, ipse Dominus Delphinus abstulit amouit quietauit & totaliter reuocauit, nolens quòd ex nunc in antea dictæ gabellæ nouæ aliqualiter exigantur antiquis, dum tax gabellis & pedagiis in suis antiquis & bonis vsibus & vigoribus permansuris, & ne fiat ignorantia siue error quæ fuerint antiquæ vel nouæ gabellæ, voluit ipse Dominus Delphinus & ordinauit, quòd super hoc inquisitio informatio & declaratio fiant & commissio certis personis quæ ea habeant declarare.

Quod fiat moneta certa & durabilis, & non capiatur nisi vnus grossus pro qualibet marcha quæ operabitur.

¶Item voluit statuit ordinauit & declarauit ipse Dominus Delphinus, quòd deinceps perpetuo fiat moneta certa & durabilis, secundum quòd pro vtilitate patriæ melius poterit ordinari, & quod ipse dominus Delphinus seu successores eiusdem deinceps non recipians, nec recipere possint, modo quocunque pro Dominio & Seignoria suis in monetis cudendis quibuscunque perpetuis temporibus, nisi dumtaxat vnum grossum turon. argenti pro qualibet marcha argenti fini quam operari & cudi continget in eisdem monetis.

De cognitione causarum quàm habeant nobiles in & pro rebus emphyteotecariis qui tenentur ab eis.

¶Item voluit concessit & declarauit ipse dominus delphinus quòd barones nobiles & alij delphin. & aliarum terrarum suarum, ... inpos-

in possessionib⁹ & rebus qui mouẽtur & tenentur aut tenebũtur in futurũ de domino vel emphyteosi, eorumdem habeãt & habere possint primã cognitionẽ, si quærelãtes de & super ipsis rebus seu possessionibus velint primo ad eos recurrere; & quod ipsis quærelantibus possint dare iudices non suspectos, & pro censibus eorum pignorare emphyteotas in domibus eorum, vel extra & fructus excrescẽ. in ipsis rebus emphyteotecariis pro suis censibus sartire & ipsam pronunciari facere cecidisse in commissum per iudices non suspectos.

¶ *Quòd nobiles & alij Delphinatus non trahantur extra limites Delphinatus pro guerra Delphinali.*

¶Itẽ voluit cõcessit ordinauit & declarauit ipse Dominus Delphinus, baronnes nobiles & aliòs quoscunque subditos Delphinatus & aliarũ terrarũ suarum, non teneri nec debere sequi ipsum Dominum Delphinum nec successores eiusdem, nec trahi possint extra limites Delphinatus pro guerra quacunque nisi pro guerra Delphinali sine speciali eorum voluntate pariter & consensu, nec ad id compelli possint quomodolibet in futurum.

¶ *Quòd non fiat inquisitio & punitio contra nobiles inter se guerram facientes ex officio more nisi esset facta specialis inhibitio.*

¶Itẽ quod si contingeret guerrã moueri inter barones seu alios nobiles Delphinatus & aliarum terrarum domino Delphino subiectarum, quòd de ipsa guerra offensis vel forefactis prouenientibus ex eadẽ non inquiratur, nec inquiri possit ex officio curiæ Delphinalis, nisi primitus de ipsa guerra seu de offensis vel forefactis non faciẽdis per dictam Delphinalẽ curiam specialis inhibitio facta esset, post autem inhibitionem specialẽ factam per dictam curiam Delphinalem, possit ipsa Delphinalis curia ex officio curiæ, vel aliàs inobedientes & contra facientes inquirere & punire.

Ista libertas fuit reuocata per litteras domini nostri Delphini existentis in camera computorum.

¶ *Qualiter nobiles possunt facere domos fortes.*

¶Item voluit concessit & ordinauit ipse dominus Delphinus, q̃ quicunq. subditi Delphinatus & aliarũ terrarũ domino Delphino subiectarũ possit & sibi liceat in quacunq. parte Delphin. & aliarũ terrarum prædictarum quilibet in re sua propria duntaxat, facere domos fortes pro libito voluntatis, dummodo dictæ domus non fiant in locis esponderiis seu limitrophis, tali etiam conditione adiecta, quòd illæ domus construendæ fortes non possint, accipi vel recognosci per illos quorũ erunt de feudo alicuius domini vel

personæ, nisi prius præsentatæ fuerint domino territorij, in quo dictæ domus fierēt, & ita quòd ille dominus territorij habeat prę-rogatiuam, & possit habere dictam domum vel eius feudum ante omnes alias personas, pro eodem præcio quod dominus ipsius domus si ipsam domum venderet aut recognoscere vellet ab alio, de ea legitime & sine fraude inueniret.

¶ *Quod non fiat inquisitio contra subditos, sine denuntiatore legitimo, nisi in notoriis & grauioribus.*

¶ Item quòd nulla inquisitio contra ipsos subditos Delphinatus aut aliarum terrarum suarum fieri debeat, neque fiat in non notoriis criminib. nisi appareat legitimus accusator, vel denunciator, & eo casu reddi debeant articuli inquisitionis prædicto accusato, antequam respōdere quomodolibet compellatur, exceptis tamen grauioribus criminibus, in quibus possit quandocunque contra quemcunque inquiri ex officio curiæ Delphinalis. Quæquidem grauiora voluit ipse dominus Delphinus intelligi secundùm leges & etiam declarari.

¶ *Quod subditi non trahantur pro aliqua inquisitione extra iudicaturam, nisi coram domino vel consilio suo.*

¶ Item quòd prædicti subditi Delphin. aut aliarum terrarum suarū pro aliqua inquisitione contra eos fienda trahi non debeant, neque possint extra iudicaturam Delphinalē sub qua deliquissent, nisi tamen ipse dominus Delphinus vel successores sui, coram se vel coram consilio, assistente eisdem infrà Delphinatum ipsos vocare vellent, & habere contra quos esset dicta inquisitio facienda.

¶ *Quòd non compellantur nobiles ecclesiarum & nobilium ad faciendum coroatas & soluendas tallias nisi prout in articulo continetur.*

¶ Item voluit cōcessit & declarauit ipse dominus Delphin. ꝙ homines ligij ecclesiarū nobiliū & valuasorū nō debeant neq. possint cōpelli ad faciēdū domino Delphino coroatas, neq. talliari vel cōpelli ad soluendū tallias eidē domino Delphino vel successoribus suis, nisi pro vtilitate vel necessitate publica locorū, in quibus ipsi homines habitant aut habitabunt temporibus profuturis.

¶ *De remissione stabilitarum.*

¶ Itē ꝙ ipsi homines nec alij quicunq. homines seu subdidi Delphinatus aut aliarū terrarū dicti domini Delphini, teneātur ad aliquas stabilitas: imò ab eis sint quieti & immunes, ꝓut aliàs ipse dominus Delphin. ipsas stabilitas remisit, secundū ꝙ cōtinetur in instrumentis aliàs receptis & cōfectis per me notarium infrascriptū.

¶ Qualiter

Qualiter debent mandari & requiri nobiles pro caualgatis & succursu patriæ.

¶ Item voluit concessit & declarauit ipse dominus Delphinus quòd quandocunque & quotienscunque per ipsum dominũ Delphinum seu successores eiusdem continget caualgatas mandare, mandentur & requirantur Barones & nobiles Delphinatus & aliarum terrarum per proprias litteras domini gratiosæ, non autem sub pœnis vel mulctis, nisi hoc esset quòd mandarentur pro celeri succursu terræ castri aut aliorum iurium Delphinatus aut nisi contumaciter recusarent venire.

Quòd homines ecclesiarum & nobilium in franchisiis villæ non recipiantur nisi facta emenda ecclesiis seu nobilibus.

¶ Item quòd si dominus Delphinus vel aliqui ex successoribus suis vellet quocunque tempore aliquam villam francham facere homines quicunque ecclesiarum vel nobilium Delphinatus aut alterius terræ suæ in franchesiis dictæ villæ, nequaquam recipi debeant, vel admitti, nisi prius facta fuerit emenda competens ipsis ecclesiis, vel nobilibus, quorum homines reciperentur, aut recipi peterentur in franchesiis antedictis.

De rebus feudalib. quæ tradi possunt in emphiteosim vel feudum.

¶ Item quòd Barones nobiles & cæteri Delphinatus & aliarum terrarum dicto domino immediatæ subiectarum res quas tenent à domino Delphino, & tenebunt à suis successoribus in feudũ, possint aliis personis dare & tradere impune in emphiteosim sub certo censu, vel in feudũ sine requisitione dicti domini Delphini vel successorum suorum, dummodo prædicti sic dantes vel tradentes dictos census seu feudum à domino Delphino, qui nunc est & pro tempore fuerit, recognoscant, & hoc saluo specialiter & excepto, quòd castra villas loca vel iurisdictiones quæ à dictis dominis Delphinis tenerentur in feudum, nullatenus dare possint, nisi de ipsorum dominorum Delphinorum expressa procederet voluntate.

Qualiter & quando magnerij Delphin. non possunt facere executionem infrà iurisdictionem nobilium.

¶ Itẽ voluit concessit & ordinauit ac declarauit dictus dominus Delphinus, quòd quicunq. seu aliqui magnerij vel familiares curiæ Delphinalis nõ possint nec debeant infrà castra villas seu mandamenta Baronum bannerettorum aut aliorum nobilium Delphin. & habentiũ iurisdictionẽ merum & mixtũ imperiũ limitata quãcumq. executionẽ facere, nisi ipsis dominis locorũ & iurisdictionis

infra quam dictā executionem facere vellet ipsi magnerij prę mitur modo debito requisitis, vel nisi ipsi domini in iustis requisitionibus sibi factis exequendis manifestè existerent negligentes ita quod de negligentia appareret vel constaret per testes instrumenta vel litteras, non autem per solam relationem magneriorum vel familiarium qui dictam executionem facere nitterentur.

¶ *Quando bona damnatorum non sunt confiscanda.*

¶ Item voluit ordinauit concessit & declarauit idem dominus Delphinus, quod bona quoruncunque damnatorum seu damnandorum imposterum per curiam Delphinalem, seu per curiam cuiuscũque baronis vel bãnereti aut alterius Delphinatus vel alterius terrę dicti domini Delphini subiecti iurisdictionẽ habẽtis, nõ applicẽtur nec applicari fisco valeant, nec quomodolibet cõfiscari nisi hęresis & lęsæ maiestatis, ac aliis à iure permissis casibus, in quibus sunt & esse debẽt, damnatorum bona curię confiscanda.

¶ *Quod mulieres per compulsionem non maritẽtur nisi earũ voluntate.*

¶ Item quòd ipse dominus Delphinus seu successores eiusdem, vel quiuis officiales eorum aut etiam barones bannereti vel alij subditi Delphinatus aut aliarum terrarum suarum iurisdictionẽ habentes, non possint nec sibi liceat mulierẽ quancunque cuiuscunque status vel conditionis existat Delphinatus, vel eidem mediatè vel immediatè subiectam, vel eius parentes, aut amicos directè vel indirectè compellere per pœnas vel mulctas aut aliis viribus coactiuis, ad maritãdum, cum quocunque homine, nisi quatinus de ipsius mulieris processerit voluntate.

¶ *Quod feuda intelligantur antiqua nisi ostendantur esse noua, & de successione hæreditatum subiectorum.*

¶ Item ordinationes & declarationes olim habitas atque factas in pactionibus primis habitis, inter serenissimum principem & dominum nostrum dominum Philippum Dei gratia Francorum Regem, & dictum dominum Delphinum super successione Delphinatus, & aliarum terrarum suarum, quo ad successiones bonorum & hæreditatum subiectorum ipsius Delphinatus & cæterarum terrarum dicto domino Delphino subiectarum concessit, iterum ipse dominus Delphinus quantum in eo est dictis subditis Delphinatus prout in dictis pactionibus continetur hoc adiecto, quo omnia & singula feuda & retrofeuda Delphinatus præsumantur & intelligantur esse antiqua, nisi ipse dominus Delphinus vel successores sui ipsa vel aliqua ex ipsis clarè ostenderet esse noua.

¶ *Quali-*

¶ Qualiter victualia debent solui quæ capientur pro domino, & aliàs non debent capi nisi essent creditores contenti.

¶ Item quòd ipsæ dominus Delphinus vel successores eiusdem per se ipsos aut castellanos vel officiales eorum seu per alias interpositas personas, non possint nec debeant leuare vel retinere victualia quæcunque in Delphinatu, pro prouisione hospitij vel caualgatis ipsorum dominorum, aut aliàs quouismodo nisi pro iusto præcio quo dicta victualia eo tunc communiter venderentur: & nisi primitus ex dicto præcio illis quorum essent dicta victualia realiter per solutionem aut respõsionem sufficientem idoneę personę, quę se obligaret de soluendo infra vnum mensem, proximum dictum præcium post acceptionem dictorum victualium cautum esset, ita quod essent creditores contenti.

¶ De remissione gardarum in castris villis & mandamentis banneretorum, nisi prout in articulo continetur.

¶ Item voluit ipsæ dominus Delphinus quietas esse & quietauit pariter & remisit gardas quascunque & gardarios, facientes dictas gardas, quas & quos habet in castris villis seu mandamentis baronum & banneretorum, quorũlibet dicti domini Delphini à decem annis citra receptis, dummodo & non aliàs ipsi barones & banneretı gardas etiam & gardarios hominum dicti domini Delphini & aliorum quorumcunque Delphinatus subditorum quietent, similiter & remittant. Promittens ipsæ dominus Delphinus deinceps nullas gardas vel garderios recipere de hominibus baronum vel banneretorum quorumlibet Delphinatus vel aliarum terrarum suarum nisi de dominorum immediatorum illorum gardiatorum qui se vellent in Delphinali garda ponere, procederet voluntate.

¶ Qualiter & in quibus barones bannereti & alij iurisdictionem habentes possunt punire & iurisdictionem exercere & de remissione delinquẽtium.

¶ Item voluit concessit ordinauit & declarauit dictus dominus Delphinus, quod omnes & singuli barones bãnereti & alij subditi Delphinatus & aliarum terrarum suarum habent. s castra loca villas & iurisdictiones limitates in Delphinatu prædicto, aut aliqua eius parte, vel in aliis terris suis cum mero & mixto imperio, habeant & habere debeant cognitionem & punitionẽ quarumcunque offensarum vel criminum committẽdarũ seu cõmittẽdorum quãdocũque vbicunque & per quãcũque personã & in quocũque loco infra iurisdictionẽ eorũ, cõmittãtur quicũque sit delinquens vel cõmittens, & in quocũq; loco & in quacũq; persona, infra tamẽ

districtum & iurisdictionem ipsorum deliquerit, & quòd punitio fiat per curiam & officiales eorum & ad voluntatem eorum, nec prætextu alicuius rei seu alio colore quæsito, vel priuilegio possit curia dicti Domini Delphini superior manus imponere, & quod ipsi & quælibet eorum & eorum hæredes & successores de prædictis, possint infra districtum & iurisdictionem suam punire collegia & monopolia illicita & cætera crimina enormia siue omnia prædicta vel alia crimina vel delicta committatur ecclesiis & cimiteriis locis sacris & aliis priuilegiatis & itineribus & viis publicis, & in personis priuilegio cleri priuilegiati siue in rippariis nemoribus furnis molendinis & tabernis, siue pecunialis sit punitio siue corporalis ad ipsos Barones banneretos & alios iurisdictionem habentes ad suos hæredes & successor. pertineat punitio pleno iure prout infra districtum & iurisdictionem eorumdẽ cõmittentur seu perpetrabuntur crimina vel delicta & delinquentes in eorum iurisdictione & districtu si infra iurisdictionem Delphinalem reperiant, quod requisiti dicti domini Delphini officiales per ipsos vel eorum alterum ad quem spectabit seu eorum officiales ipsos remittere incontinenti teneantur, & debeant eisdẽ baronibus & banneretis vel aliis nobilibus vel eorum officialibus requirentibus absque dilatione morosa & alterius expectatione mandati, facta sibi fide summaria prout exigeti ustitia de commissis: exceptis tamẽ à prædicto capitulo & quælibet eius parte omnibus & singulis officialibus Domini Delphini, & exceptis familiaribus hospitiorum Domini Delphini & Domine Delphinę, in quibus nullã habeãt iurisdictionẽ vel punitionẽ vbicũq. delinquãt dicti barones bãnereti vel alij iurisd. habẽtes nec eorum successores.

¶ Verũ si ipsi officiales delinquãt infra districtũ & iurisdictionẽ dictorum baronũ bannererorũ aut aliorũ iurisdictionẽ habentium, vt suprà in notoriis excessib. vel atrociorib. criminib. eos capere possint dicti barones bãnereti vel alij & curia sua & captos remittere curię domini Delphini per iustitia facienda, exceptis etiã hominib. ligiis dicti domini Delphini immediatę sibi subiectis, vndecũque sint & vbicũque cõsistãt, in quib. etiã nullã habeãt iurisdictionẽ si & quãdo eos delinquere cõtingeret in regaliis prædictis: & si cõtingeret homines dicti domini Delphini delinquere infra districtũ & iurisdictionẽ dictorũ baronũ bãneretorũ aut aliorũ iurisdictionem habẽtiũ vt suprà extra regalias & post delictum cõmissum ad regalias vel locũ regaliarũ cõfugerẽt, posset eos capere curia dictorũ baronũ & aliorũ prædictorũ in dictis locis re-

galiarum & punire de cōmissis extra ipsos acsi in loco delicti capti essent,& etiā exceptis officialib. dictorū baronū banneretorum & aliorum habentiū iurisdictionē vt suprà,& suorū successorum delinquētium in ipsis officiis & circa illa, ita q; eorum punitio ad dominū Delphinū & eius curiā pertineat,si intra sex mēses à tēpore delicti cōmissi numerādos officialē sic delinquentē de delicto dicti barones aut alij prædicti nō correxerint & punierint,ita q; pars lęsa nō cōqueratur exīn.hoc etiā adiecto q; si homines dicti Delphini delinquerent in pedagiis dictorū baronū bāneretorū aut aliorū homin.iurisdictionē,vt suprà nō soluēdo vel rixādo in pedagiatores eorū exercētes officium suum pedagij. Tunc ad ipsos pertineat punitio huiusmodi hominū domini Delphini delinquētiū in eisdē.

¶ Quod dominus Delphinus non faciat noua molendina in præiudicium aliorum,& bonæ consuetudines obseruentur.

¶ Item voluit concessit & declarauit ipse dominus Delphin.q; ipse vel successores sui noua non possint facere vel construere molendina in parte aliqua Delphinatus,seu aliarum terrarum suarum in præiudicium aliorum qui ab antiquo in locis illius molendina, cōsueuerūt habere,& super his bonę Delph.cōsuetudin.obseruēt.

¶ In quibus locis possint venari Nobiles.

¶ Item voluit & concessit ipse dominus Delphin.q; omnes & singuli barones & nobiles Delphinatus & aliarū terrarū suarū possint impune venari in Delphinatu & aliis terris dicti domini Delphini, & in ipsius domini Delphini nemorib. & forestis,exceptis forestis de Clay & de Planeysiæ & garenis cuniculorū & læporū qbuscūq.

¶ Quod dominus Delphinus vel eius officiarij non capiant equos quarumcunque personarum.

¶ Item concessit voluit & declarauit ipse domin.Delphinus, q; ipse vel successores eiusdē seu alius ꝓ eis non possint nec debeāt ꝓ quocunq.casu accipere equos rossinos vel sommerios quarūcunq. personarū ecclesiasticarū aut nobilium Delphinat.seu aliarum terrarum suarum,nisi quatenus de ipsorum procederet voluntate.

¶ Remissio aperturarum commissionum feudorum & rerum emphiteotecariarum commissarum vsque ad diem concessionis prædictarum libertatum.

¶ Item ipse dominus Delphinus beniuolentia ductus erga quoscunq.suos subditos Delphinatus&aliarum terrarū suarum ex certa scientia & gratia speciali,omnes & singulas apparitiones & cōmissiones feudorum retrofeudorū rerum quarūcumq.emphiteo-

F

ticariarũ sibi cõpetentium quocunq. titulo, siue causa etiam si manu mortua vel aliàs reperiantur aut reperiri possint, aperta vel cõmissa eidem domino Delphino vsque ad diem hodiernam, de quibus non esset ad debitam executionem deuentum siue eidem sint adiudicata siue non, exceptis illis quæ in casu vel propter casum proditionis essent vel reperirentur: commissa remisit & quietauit omnib. & singulis suis subditis antedictis. Et mihi notario infrascripto tanquam publicæ personæ stipulanti & recipienti nomine omniũ & singulorũ, quorũ interest vel interesse põt quoquo modo.

¶ *Quando appellari non debeat à castellanis vel magneriis banneretorum, nisi requisitis ipsis banneretis, vt in capitulo præsenti.*

¶ Item voluit cõcessit & declarauit præfatus dominus noster Delphinus, q̃ à præceptis vel pœnarũ impositionib. castellanorum vel magneriorum aut aliorum officialium baronũ seu banneretorum Delphinatus & alterius terræ, appellari non possit ad curiam Delphinalem, nisi præmitus requisitis ipsis baronibus vel bãneretis de reuocandis præceptis vel pœnarum impositionibus ipsorum castellanorum, vel aliorum officialiúmque processissent aut dicerentur minus debitæ processisse.

¶ *Quando rei subditi Delphin. non sint trahendi extra iudicaturam, in qua degunt seu sub qua res de qua agitur sita est.*

¶ Item voluit concessit & declarauit idem dominus Delphinus, q̃ si & quotienscunq. ipse dominus Delphin. vel successores eiusdẽ aut alius quiuis ꝓ eo voluerit cõtra quẽcunq. suum subditum aliquam causam realem ciuilẽ vel criminalẽ mouere, seu etiã mixtam reus trahi non possit nec debeat quoquomodo ad quodcumq. forum nisi duntaxat corã iudice ordinario illius iudicaturæ, sub qua deget reus ipse, seu sub qua res sita erit, si quæstio realis fuerit, vel corã commissario speciali deputato per dominum Delphinum qui nunc est & pro tẽpore fuerit, & ille deputatus cognoscere nõ possit nisi in iudicatura rei, & ad expensas domini & non rei, nisi tamen ipse dominus Delphinus vel successores sui coram se personaliter vel coram consilio eidem assisteñ. intrà Delphinat. vellent dictum reum euocare & examinare aut examinari facere dictã causã.

¶ *Quod non procedatur per viam inquestæ pro occupatione iurium Delphin.*

¶ Item voluit & concessit dictus dominus Delphinus, q̃ ꝓ occupatione rerũ vel iurium Delphinal. facta seu fienda per quoscũq. suos subditos per viam inquestæ, vel aliàs nisi duntaxat via ordinaria, non possit procedi quomodolibet contra eos.

¶ Quod

¶ Quod curia & iudex appellationum Delphin. resideat in ciuitate Gratianopoli.

¶ Item quia Gratianopolitana ciuitas loco insignis & communis etiam toti Delphinatui inter cæteros Delphinatus, ibiq. sedes appellationum esse consueuit pro maiori parte temporibus retroactis, voluit concessit decreuit & declarauit dictus dominus Delphinus, q̄ dicta sedes iudicaturæ maiorum appellationum Delphinatus sit & esse debeat perpetuis temporibus in ciuitate prædicta, in qua iudex qui nunc est & successores sui qui pro tempore fuerint super causis appellationum debeant & teneantur, & non alibi continue residere.

¶ Quod baronia Futigniaci debeat perpetuo remanere illi qui Delphinus fuerit, & in ea sit iudex appellationum.

¶ Item q̄ baronia terræ Futigniaci ab alia terra Delphinatus distat guerrarũ temporib. multis hostib. Delphinatus interiectis, ꝓpter q̄ exeundi dictã terram & redeundi ad ipsam nobilib. & aliis subditis Delphinalib. dictæ terræ difficilis & periculosis esse aditus & egressus. Voluit concessit & declarauit ipse dominus Delphinus, q̄ in dicta baronia terræ Futigniaci, fiat & ponatur perpetuis temporibus iudex appellationum, qui de causis appellationum eminentib. in dicta terra cognoscat, & illic resideat continuæ quoque pro causis appellationum vel alia causa quæcunque, ciuili vel criminali, quicunque homines dictæ terræ extrahi non possint cõueniri vel citari per ipsum dominũ Delphinũ vel successores eiusdẽ aut quosuis officiales eorum extra dictã terrã, nisi duntaxat ꝓ Delphinalib. caualgatis, & si quouismodo aliàs per dominum Delphinum vel alium nomine eius citarentur, parere non teneantur impune secundũ q̄ in aliis eorum libertatib. continetur: voluit etiã & concessit, decreuit & declarauit ipse dominus Delphin. q̄ dicta boronia terrę Futigniaci cum suis nobilitatib. iurib. & pertinentiis illi qui Delphinus fuerit Viennẽ. perpetuis temporib. debeat remanere, & q̄ ipse dominus Delphinus vel successores sui dictã baroniam seu aliquam partem dignitatem aut castra eiusdem, non possint ab illo qui Delphinus fuerit, separare, nec in alium quemcunque transferre quouismodo titulo siue causa.

¶ Quando iudex appellationum est ponendus tempore guerræ in baroniis Terreturris & Vallisbonæ.

¶ Item voluit & cõcessit dictus dominus Delphinus q̄ si & quãdocunque guerram fore cõtingeret inter Delphinũ Viennẽsem &

Sabaudiæ comitatū Delphin. quæ tunc fuerit teneatur & debeat iudicem appellationum cō stituere & creare in baroniis Terreturris & Valisbonæ, quæ iudex de causis appellationum pendentium eo tunc coram maiore iudice appellationum Delphinatus, & etiam de nouis appellationibus emergentibus dicta guerra durante cognoscere habeat quamdiu guerra durauerit & non vltra.

¶ *Quod non ponantur in seiorno equi, canes, venatores in domibus religiosorum aut aliarum personarum subditarum, nisi expensis domini.*

¶ Item voluit concessit declarauit & ordinauit dictus dominus Delphinus, quod ipse dominus Delphinus vel successores sui, deinceps non possint nec debeant mittere vel ponere pro seiorno equos rōssinos canes venaticos venatores familiares seu alios gartiones eorum in domo religiosorū vel aliarum personarum ecclesiasticarū, aut aliorū quorūcunque Delphinaliū subditorum, nisi hoc facerent ad expeñ. & cum expeñ. ipsius domini Delphini vel successorum suorum, & si contrarium facere attemptarent, licitum sit vnicuique ipsos non admittere., immo possint eos repellere & expellere licitè & impune.

¶ *Quando non debent fieri inuētaria, & quòd bannereti faciant illud idē.*

¶ Item voluit cōcessit declarauit & ordinauit præfatus dominus Delphinus, quòd per quācunq. curiā Delphinalē nō fiāt ammodo nec fieri debeant, neque possint, inuentaria bonorū quorumcunque subditorū Delphinalium morientium, nisi ad requestā hæredum vel substitutorū aut executorū illorum moriētium, vbi testamento facto ipsos cōtingeret mori, vel nisi ad requisitionē propinquorum, vel qui haberēt ab intestato succedere, aut propinquorum pupilli, vel pupillorum, qui deberent succedere mortuo intestato, vel in aliis casibus in iure expressis, quacunque consuetudine contraria, nōobstāte prædicta, cōcedens ipse dominus Delphin. dummodo bannereti Delphinatus in terris suis faciant illud idem.

¶ *Quòd seruetur ius commune super crimine vsurarum.*

¶ Item cum pro parte subditorum Delphinalium supplicatum fuerit ipsi domino Delphino, quòd contra aliquem subditum Delphinalis de ipso Delphinatu oriundum non possit inquiri directe vel indirecte ex officio curiæ Delphinalis super crimine vsurarum, & quòd bona morientium nō possent vel deberent ex causa prædicta, quouismodo saisiri vel capi per ipsam curiam Delphinalem, voluit & concessit ipse dominus Delphinus, quòd seruetur super hoc ius commune.

¶ *Quan-*

¶ Quando facto semel homagio domino non est necesse ipsum iterato per nobiles subditos facere & nobiles sue hominibus ita seruare debeant.

¶ Itē cōcessit & declarauit ipse dominus Delphinus quòd postquā aliquis nobilis Delphin. aut aliarū terrarū suarū semel fecerit homagium & recognitionem domino Delphino qui nunc, est vel successoribus suis, pro feudis qui tenent vel tenebunt ab eis ipsa feuda vel retrofeuda cōmitti vel apperiri non possint, esto quod successoribus Delphinis homagium & recognitionem non fecerint, nisi ita esset quod ille nobilis qui homagium fecisset requisitus per dominum successorem homagium & recognitionē facere, cōtumaciter recusaret, hoc cōcedēs ipse dominus Delphin. dictis nobilibus, si ipsi & illi qui hoc idē cōcedēt, & ita vtētur hominibus eorumdē: aliis autē illos qui prædicta non cōcederent hominibus suis aut aliter, hoc casu vterentur, in eis gaudere nō vult, sed eos excludit præsenti priuilegio ipsum cassans & irritās quo ad illos.

¶ Quoniam nobiles tempore guerre possunt suos amicos conducere per patriam Delphinalem.

¶ Item voluit concessit & declarauit ipse dominus Delphinus, quòd quicunq. nobiles Delphinatus & aliarum terrarum suarum possint cōducere tēpore guerræ & alio quocunque amicos suos ꝑ Delphinarium impune, dummodo de ipsis cōducēdis, videlicet de certis personis, nō esset facta prohibitio nominatim & dummodo ipsi conducti non vadant ad procurandum damnum vel dedecus domini Delphini, vel sui quomodolibet Delphinatus.

¶ Quando officiales Delphin. debent banneretis pro delictis in eorum iurisdictione perpetratis delatos remittere.

¶ Itē voluit cōcessit & declarauit ipse dominus Delphinus quòd de quocunq. delinquente infra iurisdictionem alicuius subditi Delphinatus vel aliarum terrarū suarum, limitatam cum mero & mixto imperio, si ipse delinquens reperiatur infra iurisdictionem curiæ Delphiñ. fiat remissio & fieri debeat secundum formam iuris illi penes quem vel in cuius iurisdictione deliquerit per castellanos vel alios officiales Delphinales, sub quorum administratione reperietur facta informatione summaria ipsis officialibus Delphinalibus de delicto.

¶ De bannis valuasorum & nobilium Delphinatus.

¶ Item quòd maignerij seu bannerij curiæ Delphiñ. bannneare non possint, nec debeant in feudis in quibus habent banna &

habere consueuerunt valuassores seu alij nobiles Delphinatus.

¶ *Quod obseruentur libertates ecclesiis concessæ tam vniuersis quam singulis ciuitatibus villis locis & personis.*

¶ Itē voluit cōcessit & ordinauit ipse dominus Delphinus quòd omnes & singulæ libertates priuilegia & immunitates per eum & predecessores suos vniuersaliter & particulariter concessę & concessa ciuitatib. villis locis terris baroniis marchis bailliuiatib. aut personis singularib. Delphinatus seu aliarum terrarum suarum eisdem vniuersaliter vniuersis & singulariter singulis secundum quod concessę sunt in omnibus & singulis suis capitulis & clausulis, integraliter obseruentur: eaq. & eas ipse dominus Delphinus per se hęredes & successores suos promisit & conuenit integraliter & inuiolabiliter obseruare.

¶ *Quod boni vsus obseruentur: mali autem tollantur.*

¶ Item voluit & concessit ipse dominus Delphinus quod cæteri boni vsus & bonæ consuetudines Delphinatus & aliarum terrarum suarum custodiantur obseruentur & augmentantur: mali autem vsus & malè cōsuetudines tollantur & totaliter extirpētur.

¶ *Quod iudices & procuratores non teneant eorum officia nisi per duos annos, & amoti ad illa non resumantur de quinque annis.*

¶ Item voluit concessit decreuit & declarauit ipse dominus Delphinus, quòd quicunque iudices & procuratores Delphinatus & aliarum terrarum suarum creati, & imposterum creandi, non teneant nec tenere possint officia iudicaturæ vel procurationis in vna iudicatura vel in quocunque loco continuè, nisi per duos annos dumtaxat, & cum amoti fuerint ab ipsis officiis ad ea nō resumantur nec possint admitti seu reduci de quinque annis proximè sequentibus quoquo modo.

¶ *De quietatione manus mortuæ, & quod nobiles suis hominibus etiam remitterent, alioquin eisdem non remittentibus dicta quietatio non prosit.*

¶ Item ipse dominus Delphinus per se & successores suos, remisit quietauit & totaliter reliquit vbicunque, terrarum & locorum Delphinatus, & terrarum suarum perpetuo omnem manum mortuam & omne ius actionem & requisitionem, quod & quæ sibi competebant, aut competere poterant, in barones bannere tos nobiles valuassores & alios quoslibet subditos Delphinatus & terrarum suarum quaruncunque, seu in eorum bonis & hæreditatibus quibuscunque vbicunque sint, occasione manus mortuæ, volens & ordinans, quòd eodem modo barones, banne-

bãnereti nobiles valuaſſores q̃ alij ſubditi Delphin.& aliarum terrarum ſuarum quietent & remittant ac remittere debeant,& teneantur ꝑpetuo hominib.& ſubditis eorundẽ manũ mortuarum, quancunq.& omne ius ſibi cõpetens: & cõpetiturum occaſione, manus mortuæ aduerſus eorũ homines ſeu ſubditos ſeu bona eorum,aliàs niſi prædictã quietationem & remiſſionem facerent,aut ſi vlterius dicta manu mortua vterentur,illi ſic vtentes & volentes quietare dictã manum mortuã,nequaq̃ gaudeãt nec gaudere poſſint præſenti priuilegio remiſſionis manus mortuæ, ſed ab eo totaliter ſint exempti, ſi & quandocunque caſus forſan contingeret in eoſdem aut ſucceſſores eorum.

¶*Quòd barones bannereti & cæteri nobiles in eiſdem libertatibus manuteneant ſuos homines & ſubditos,aliàs contrarium facientes, ipſis libertatibus non gaudeant.*

¶Item voluit cõceſſit ordinauit decreuit & declarauit ſæpe dictus dñs Delphin.q̃ quicunq.barones bannereti nobiles & valuaſſores totius Delphin.& cuiuſlibet eius partis & aliarum terrarum ſuarum, teneantur & debeant eorum hoĩes & ſubditos, tractare fouere & manutenere ꝑpetuo in & ſub cõſimilib.libertatib.priuilegiis & immunitatib. quæ & quales per ipſum dom. Delphinum, ſuperius ſunt cõceſſæ. Et ſi forſan aliqui ſint vel pro tempore fuerint,& ipſis baronib.banneretis valuaſſorib.vel aliis nobilib.ſupradictis,qui ſuos hoĩes & alios eis immediatæ ſubiectos tractare nollent,vel nõ tractarent fouerent & manutenerent in libertatibus, priuilegiis & immunitatib.antedictis,vel cõſimilib.eis illi barones bannereti nobiles vel valuaſſores prædicta facere recuſantes, aut cõtrarium quõlibet facientes,nullomodo gaudeant,nec vtantur, nec gaudere vel vti poſſint priuilegiis libertatib.& declarationib. antedictis,illis videlicet quibus ſuos hoĩes & ſubditos nollent vel non paterentur vti:imò ipſis exempti ſint,& priuati, nec ad eos p̃dicta priuilegia libertates & declarationes, quibus ſuos vt prædicitur homines & ſubditos,vti non paterentur,aliqualiter ſe extendant. Quòd domini Delphini venturi teneantur iurare libertates, aliàs &c. Et vt prædictæ libertates francheſiæ gratiæ conceſſiones declarationes & priuilegia perpetuis temporibus, melius & firmius obſeruentur, voluit conceſſit ordinauit declarauit & decreuit dictus dominus Delphinus quòd quandocunque & quotieſcunque in futurum nouus Delphinus vel ſucceſſor eius, veniet ad ſucceſſionem, vel regimen Delphinatus,

antequā ad homagia seu recognitiones feudorum Delphinalium recipienda seu recipiendas, quouismodo procedat & antequā aliter compellere possit aliquā singularē personā, vel vniuersitatē, ad prestandum & faciendū sibi homagia fidelitates seu recognitiones iurare debeat, primitus ad sancta Dei Euāgelia per eū corporaliter manu tacta in manib. reuerendorū patrū dominorum Gronopolitani vel abbatis sancti Antonij Vien. & vicariorū suorum, seruare custodire & attēdere inuiolabiliter promissas omnes & singulas declarationes frāchesias libertates ac grās & priuilegia supra scripta in omnibus & singulis clausulis & capitulis eorundē: & si ita esset q in principio regiminis vt prædicit ad debitā requisitionem baronū nobilium vel vniuersitatū Delphin. seu dictorū dom. Plātorum vel vicariorum suorum, prædictum sacramētum facere recusaret: eo casu barones nobiles & vniuersitates quicunq. Delphi. & cuiuslibet eius partis & aliarum terrarum suarum, eidē nouo domino successuro vel officialib. suis obedire minimè teneantur impunè, donec prædictum sacramentum præstiterit & fecerit publicæ & per publicum instrumentum.

¶ De iuramento per officiales præstando, alioquin non pareatur eisdem, & si violauerit libertates puniantur.

¶ Item cōcessit decreuit & declarauit sæpe dictus dominus Delphinus, q omnes & singuli bailliui iudices procuratores & castellani Delphinatus & aliarum terrarum suarum, qui nunc sunt & qui de cætero fient & ordinabunt de nouo, teneāt & debeāt ac efficaciter sint astricti iurare ad sancta Dei Euāgelia præmissas libertates franchesias immunitates & declarationes omnes & singulas in singulis earum clausulis & capitulis tenaciter custodire & inuiolabiliter obseruare. Et si modo debito requisiti quilibet eorū dictum sacramentum facere & præstare publicæ recusarent, impune non pareat cuilibet recusanti: & si, quod absit, aliquis ex dictis officialib. prædictis libertates priuilegia cōcessiones vel declarationes in toto vel in parte quomodolibet violaret aut infringeret, quo quando vbi conuictus erit dictus officialis de violatione prædicta, teneatur & debeat expensas factas per baronem bannneretos valuassores nobiles vniuersitates seu singulares personas persequentes dictum officialem de dicta violatione resarcire & soluere, & ad hoc per suum superiorem viriliter compellatur, & nihilominus idem officialis violator dictarum libertatum de periurio puniatur.

¶ Quæ

¶ Quæ omnia vniuersa & singula suprascripta dictus dominus Humbertus Delphinus pro se hæredib. & successorib. suis promisit per pactũ expressum solenni stipulatione valatũ,& iurauit per eũ tactis corporaliter sacro sanctis euãgeliis,obligãdo etiam bona sua mihi,Humberto Pillati supra & infrascripto notario publico tãquã personæ publicę præsẽti stipulãti & solẽniter recipiẽti nomine vice & ad opus omnium & singulorum quorum interest, & interesse poterit,quomodolibet in futurum rata & grata valida atque firma perpetuis tẽporib.habere tenere attẽdere & inuiolabiliter obseruare nũq̃ per se vel per aliũ cõtra facere vel venire nec alicui cõtra veniẽti seu cõtra venire volẽti cõsentire seu per quod cõtra veniat᷑ dare cõsilium auxilium vel iuuamen directè vel indirectè publicę vel occultè.Renunciãs dictus dominus Delphin. ex certa sciẽtia & per iuramentum suum in hoc facto exceptione iuris & facti omni priuilegio & auxilio cuiuscunq. iuris canonici & ciuilis indulgentiis & rescriptis, quibus posset cõtra promissa facere vel venire seu eorum aliqua infringere quoquo modo.

¶ De quib.omnib.& singulis suprascriptis ipse dominus Delphinus voluit & percepit expressè per me notarium infrascriptum fieri baronib.bãneretis nobilib. valuassorib.vniuersitatib.& singularib. personis Delphinatus habere volentib. simul vel separatim etiã de singulis clausulis & articulis supradictis tot quot habere voluerint publica instrũenta acta soluerint:hęc apud Romãis,in domo dicti domini Delphi.qui fuit olim Berthono de Maloto pręsentib.reuerendis in Christo patrib.domino Henrico de Villars Lugdun.& Bertrãdo de capella Viẽ.archiepõ ac Iohanne de Thissiaco eipscopo Grationopolitan.vocati & rogati testibus ad præmissa.

¶ Et ego Humbertus Pillati de Buxeria Grationopolitan. dyoceesi applica.imperiali,& dom.Frãcorũ Regis auctoritatib.notarius public⁹ p̃missis oĩb.& singulis,dum scripta sunt agerẽt᷑ fierẽt declararent᷑ darent᷑ donarẽtur quietarẽt᷑ remitterentur & cõcederentur per p̃fatũ dominum nr̃m Delphinum anno inditiõe die loco põtificatu & corã testib.suprascriptis præsens & personaliter interfui,hoc ĩde instr̃m iussus & requisit⁹,recepi,notaui & publicaui in eoq.q̃ scribi feci & extrahi de meo prothocollo nihil addito vel mutato per quod facti substantia varietur,hoc manu propria me subscripsi,& signum meum consuetum apposui in robur & testimonium pręmissorum.

¶ Nos verò prænominatus Delphinus ad maiorem firmitatem robur & testimonium premissorum per nos concessorum, vt im

p̄scripto instrumēto supius cōtinetur ipsū instrm nr̄i maioris sigilli munimine fecim⁹ roborari. Et cū in dicti priuilegiis & libertatib⁹ caueatur exp̄sse q̄ qn̄cunque & quotiensc̄ūq; nouus Delphin. vltra successor veniet ad successionem vel regimē Delphinat⁹ an̄q̄ ad homagia seu recognitiones feudorū Delphinalium recipienda seu recipiēdas quouismodo procedat, & an̄q̄ aliqualiter cōpellere possit aliquam singularem personam vel vniuersitatē ad præstandum & faciendum sibi homagia fidelitates seu recognitiones, iurare debeat p̄mitus ad sancta dei euāgelia per eū corporaliter manutacta in manib⁹ reuerendorum patrū dn̄orum ep̄i Grationopol. vel abbatis Scti. Anthonij Vien. vel vicariorum suorū seruare custodire & attendere inuiolabiliter p̄missas omnes & singulas declarationes franchesias cōcessiones libertates gratias & priuilegia in oīb. & singulis clausulis & capitul. eorūdē & ea p̄pter dictus dominus episcopus requisiuit, præfatum dominum Karolum Delphinum Vienn en. iuniorem quatenus prædictum iuramentū, præstet & faciat vt superius in dictis libertatib. continetur.

¶ Quiquidē dominus Karol⁹ Delphin. Vien. p̄dctus visa exhibitiōe instr̄i p̄dicti, q̄ pro lecto habuit vt p̄fertur, & audita relatione summaria p̄dictorū, & reqsitione facta p̄ dominū ep̄m supradictū, de volūtate cōsensu & auctoritate expressis præfati dn̄i ducis Normandiæ patris sui præsentis volentis consentientis & auctorisantis ea oīa & singula rata habēs promisit & iurauit, per eum tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis, in manibus dicti domini Episcopi & mei notarij infrascripti, stipulātis & recipiētis nomine & ad opus omnium & singulorum, quorū interest & interesse poterit in futurum dictas libertates frāchesias declarationes cōcessiones gratias & priuilegia cōtentas & cōtenta in instrumento prædicto in omnibus & singulis suis clausulis & capitulis, ac etiam cæteros bonos vsus & bonas cōsuetudines Delphinatus seruare custodire & attendere inuiolabiliter & perfecte. Et nunquam per se vel per alium contra facere vel venire: nec alicui contra venienti seu contra venire volenti quomodolibet consentire.

¶ Volens ipse dominus Delphinus iunior & præcipiens mihi notario infrascripto, Et dictus Episcopus, me requisiuit quòd de prædictis conficiam, prælatis baronibus nobilibus valuassoribus vniuersitatibus, & aliis quibuscunque personis Delphinatus tot quot habere voluerint publica instrumenta.

¶ Acta

¶Acta fuerunt hæc videlicet prædicti instrumenti exhibitio dicti domini episcopi relatio, & requisitio, ac præfati domini Karoli Delphini Viennen. ratihabitio & iuramenti præstatio apud Lugdunen. in domo fratrum prædicatorum dicti loci, præsentibus reuerendis in Christo patribus domino Herico de Villars Archiepiscopo Lugdun. Iohanne Reuolli Episcopo Arausicen. Iohanne Abbatæ de Fardis, Illustribus magnificis & nobilibus viris dominis duce Normandię, prædicto Petro duce Borbonesij, Humberto Delphino, prædicto Iohanne comite Armeniati, Iohanne Comite Antissodoren. Aymairo comite Valen. & Dien. Iacobo de Borbonio. Hugone de Gebenis. Aymaro de Pictauia. Humberto domino Traynello, Rogone domino de Augesto. Rodulpho domino de Cargui, Yuone domino de Garenceriis. Guidone de Lesa Alberto, Luppi Amblardo domino Bellimontis, Amilder de Rossilione domino Bouchage. Francisco de Thesio domino de Thorana militibus. Petro de Foresta cancellario Normandiæ, Francisco de Parma cancellario Delphinatus, Roberto de Loriis, Iohanne Richerij militibus, magistro Symone de Lingonis magistro in Theologia, & Gullelmo Fornerij sacrista Geben. procuratore Delphinali in curia Romana vocatis & rogatis testibus ad præmissa.

¶Et ego Humbertus Pillati de Buxeria clericus Grationopolis, diocæsis apostolica imperiali & Domini, Francorum Regis, auctoritatibus notarius publicus præmissis omnibus, dum sic vt præscripta sunt agerentur & fierent, præsens personaliter interfui, hoc inde instrumentum requisitus recepi & notaui in eóque quod scribi feci & extrahi de meo prothocollo, nihil addito vel mutato per quod facti substantia variatur, hic manu propria me subscripsi, & signum meum consuetum apposui in robur & testimonium præmissorum.

¶ Quasquidem suprascriptas litteras & omnia & singula in eis contenta rata habentes & grata, ea volumus laudamus ratificamus, ac ex nostris auctoritate regia & Delphinali, certáque scientia & gratia speciali tenore præsentium confirmamus, mandantes insuper gubernatori nostro dicti Delphinatus, cæterísque iusticiarijs & officiariis nostris, Quatenus omnia in suprascriptis litteris contenta teneant, custodiant, adimpleant, teneríque custodiri, ac de puncto in punctum adimpleri, & inuiolabiliter obseruari faciant facta in contra-

rium si quæ sint ad statum pristinum & debitum reducendo aut reduci faciendo indilatæ. Quòd vt firmum & stabile perpetuo perseueret nostrum præsentibus litteris, fecimus apponi sigillum nostro in aliis, & alieno in omnibus iure saluo. Datum Parisius mense Augusti, Anno incarnationis domini millesimo ccc. lxvij. & regni nostri quarto.

¶ Quasquidẽ litteras supra scriptas, ac omnia & singula in eisdem contẽta, rata & grata habentes eas & ea volumus, laudamus, approbamus, ratificamus, & de gratia speciali & auctoritate regia & Delphinali tenore præsentium confirmamus, mandantes & præcipientes dilecto & fideli nostro Gubernatori, cæterísque iusticiariis & officiariis nostris dicti Delphinatus præsentibus & futuris, aut eorum locatenentibus, & cuilibet eorumdem, prout ad eum pertinuerit, quatenus omnia & singula in prædictis locis superius insertis contenta, teneant, custodiant, adimpleant, teneríq; custodiri, ac de puncto ad punctum adimpleri, & inuiolabiliter obseruari faciant, facta in contrarium, si quæ sint ad statum pristinum & debitum reducendo aut reduci faciendo indilatæ. Quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret nostrum pręsentibus litteris sigillum prædicti Delphinatus, duximus apponendum nostro in aliis & alieno in omnibus iure saluo. Datum Parisius mense Aprilis post Pascha Anno domini Millesimo tricensimo octogesimo primo. Et regni nostri primo. ¶ Per Regem Delphinum ad relationem domini Ducis Burgundiæ & consilij.

Manlone.

¶ *Quod non apponatur manus Delphinalis in bonis subditorum sine causæ cognitione.*

¶ Karolus Dei gratia Francorum Rex & Delphinus Vieñ. notum facimus vniuersis tam præsentibus quàm futuris, nos litteras inclite recordationis carissimi domini & genitoris nostri, vidisse formam quæ sequitur continentes.

¶ Karolus Dei gratia Francorũ Rex Delph. Vieñ. Vniuersis notum fieri volumus q̃ petitio fidelium subiectorum nostrorũ Delphinatus nuper pro parte ipsorũ exhibita, auribus nostris insonuit quærelosa, quòd à tẽporib. quib. Delphinat. ad nos pũenit, subditi nostri pdicti plura dãna fuerunt passi & substenti, & omni die substinebant & patiebãtur ex eo, quòd gubernator thesaurarius bailliui iudices procuratores commissarij castellani & cæteri nostri officiales Delphinal. aut eorum locatenentes ipsis subditis non vocatis

vocatis, nec in eorum iuribus auditis de facto bona ipsorum subditorũ per manus appositionẽ sequestrationẽ seu saisinã capiebãt occupabãt capi & occupari mãdabãt ipsos expoliãdo à possessione seu tenuta eorũdẽ. Deinde fructus bonorũ prædictorũ per se vel deputatos ab eis capiebant, quãdoque in nostros interdum in vsus suos conuertẽdo bonis dimissis incultis: licet pluries requisiti de impedimentis tollendis cautione oblata, de stãdo iuri, & etiã per litteras & mãdata nostra. Super quibus aduocatus & procuratores nostri se opponentes ipsos subditos bonis denudatos diuersis occasionibus sumptis cum longa protelatione litigare compellũt, & in tãtũ laboribus & expensis impetrantes fatigarent, quod interdum propter impotentiam lite in discussa bona ipsorum remanebant sequestrata, & interdum per viam compositionis dare pecuniam indebitè compellebantur contra bonos vsus & consuetudines patriæ diutius obseruatos ac iura & iusticiam, quibus canetur quod nullus est sine causæ cognitione sua possessione priuandus. Et etiam contra libertates & franchesias concessas eisdem in quibus canetur quòd pro quacunque occupatione iurium nostrorum facta vel facienda per subditos nostros per viam inqueste, vel aliàs, non procedatur nisi via ordinaria, dumtaxat quæ cedunt in grãde preiudicium & grauamen dictorum nostrorum subditorum, & læsionem non modicam, sicut dicunt, vnde petebant super his prouideri de remedio opportuno.

¶ Nos enim attentis gratis seruitiis & obsequiis nobis tam in guerris quam aliàs impensis & fidelitate indubitata quam erga nos habere noscuntur pro nobis & successoribus nostris ex incerta nostra scientia, & de gratia speciali volumus & ipsis subditis per se & suis concedimus seriæ præsentium, quòd manus appositio sarcina vel sequestratio in bonis dictorum nostrorum subditorum seu suorum successorum per nos vel locumtenen. seu officiales nostros quoscũq. præsentes aut futuros, in casibus ciuilibus fieri nõ possit nec debeat quouismodo, nisi in casibus à iure expressatis.

¶ In casibus verò criminalibus & indebitis fiscalibus, procedatur prout est de iure & ratione faciendum: & si qui in contrarium fieri contingat, seu etiam attentari illa reuocari & ad statum debitum reduci volumus & iubemus indilatè ratis semper manentibus supradictis mandantes insuper & tenore præsentium districtius iniungentes gubernatoribus locatenentibus & quibuscunque ad vniuersale regimen dicti nostri Delphinatus,

prouenturis bailliuis iudicibus procuratoribus commissariis castellanis & officialibus nostris Delphinalibus præsentibus & futuris vel eorum locatenentibus, quatinus prædicta omnia per nos concessa dictis nostris subditis obseruent & inuiolata custodiant perpetuo atque successoribus eorum: & si qua in contrarium attentari contingeret illa, ad statum debitum reducant cessante difficultate quacunque, quoniam ea sic fieri volumus & dictis nostris subditis concessimus de gratia qua supra, Ordinationibus seu mandatis in contrarium factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque, quòd vt firmum & stabile perpetuo permaneant, nostri sigilli Delphinatus munimine facimus appensione muniri. Datum Parisius die xxii. mensis Augusti, Anno domini, Millesimo tercentesimo septuagesimoseptimo. Et regni nostri quarto.

¶ Quasquidem litteras & omnia & singula in eisdem contenta ratas & gratas habentes, eas & ea volumus laudamus approbamus, & tenore præsentiũ confirmamus de gratia speciali mandãtes & præcipiẽtes dilecto & fideli gubernatori cæterisq. iusticiariis & officiariis, dicti nostri Delph. præsentib. & futuris, vel eorũ locatẽ. & cuilibet ipsorũ prout ad eũ pertinuerit, quatenus prædictos subditos nostros Delphinatus nostra præsenti gratia & confirmatione vti & gaudere faciant & permittant, sine contradictione siue impedimento quocunque, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, nostrum Delphinatus sigillum præsentibus litteris duximus apponendum nostro in aliis & alieno in omnib. iure saluo. Datum Parisius mense Aprilis post Pascha. Anno Domini Millesimo tercentesimo octogesimoprimo: & regni nostri primo.

¶ Per Regem Delphinum ad relationem domini ducis Bourgondię & aliorum consilij. Manlone.

¶ Quod gentes terræ acquisitæ à domino comite Sabaudiæ debeant gaudere priuilegiis & libertatibus subdites Delphinalibus concessis.

KArolus Dei gratia Francorum Rex & Delphinus Viennen. notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris, nos litteras inclitę recordationis charissimi domini & genitoris nostri, vidisse formam quæ sequitur continentes.

¶ Karolus Dei gratia Francorum Rex, Delphinus Viennẽ. notũ facimus vniuersis, quod nos ad supplicationẽ fidelium nostrorum subiectorum Delphinalium fidelib. nostris prælatis, personis ecclesiastic. baronib. nobilib. valuassorib. vniuersitatib. communitatibus

tatibus & aliis gentibus terræ nobis traditæ & tradendæ in Delphinatu per comitem Sabaudię ob causam concordię olim inter nos eum habitæ, ex certa nostra scientia & de gratia speciali pro se & suis duximus concedendum, & voluimus & concedimus per præsētes, quod ipsi pręlati personæ ecclesiasticæ, bānereti barones valuassores nobiles vniuersitates loca comitates & alię gētes dictę terræ eorúmque successores perpetuo vniuersaliter vniuersi, & singulariter singuli per eo, quod loco terræ traditæ per nos dicto comiti successerunt, possint & debeant vti frui gaudere & potiri pactionibus conuentionibus priuilegiis franchesiis immunitatibus & libertatibus, quibus nostri cæteri subditi Delphinatus vti frui gaudere & potiri, possunt & debent, & eas & ea eisdem & suis perpetuo attendere & obseruare iuxta ipsorum formam serien & tenorē, mandātes & tenore præsentiū iniungētes gubernatoribus thesaurariis bailliuis iudicibus procuratoribus commissariis castellanis & cæteris officiariis & iusticiariis nostri Delphinatus præsentibus & futuris, vel eorum locatenentibus, quatenus præfatis gentibus dictæ terræ per terram Delphinalem, vbilibet ipsas pactiones conuentiones libertates & singula in eis contenta de puncto ad punctum obseruent, & inuiolatas custodiant iuxta ipsarum series & tenores, nulla de contingentibus in eisdem obmittendo: quoniam prædicta perpetuo si esse & fieri ex nostra certa scientia & de gratia speciali eisdem concessimus & cōcedimus per præsentes ordinationibus seu mādatis in contrariū factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, sigillum nostrum Delphin. pręsētibus duximus apponēdum. datum Parisius die vicesimasecunda mensis Augusti, Anno domini Millesimo tercentesimo sexagesimoseptimo. Et regni nostri quarto.

¶ Quasquidem litteras suprascriptas ac omnia & singula in eisdem contenta ratas & gratas habentes, eas & ea volumus laudamus approbamus & tenore præsentium de gratia speciali cōfirmamus, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret nostrum sigillum dicti Delphinatus duximus apponēdum, saluo in aliis iure nostro & in omnibus quolibet alieno. Datum Parisius mense Aprilis post pascha. Anno domini Millesimo tercentesimo octuagesimoprimo. & regni nostri primo.

¶ Per regē Delphinum ad relationem domini ducis Bourgondię & aliorum consilij.

Manlone.

¶ Quon non sit necesse producere originalia priuilegiorum Delphin. in curiis Delphin. nisi semel & ipsis registratis fides registro adhibeatur.

KArolus Dei gratia Francorum rex Delphinus Viennen. dilecto & fideli nostro gubernatori dicti nostri Delphinatus, aut eius locumtenen. salutem & dilectionē. Ad supplicationem dilectorum & fidelium nostrorum prælatorum baronū bāneretorum procerum nobilium valuassorum & francorū vniuersitatum cōmunitatū ac cæterorū nostri Delphinatus prædicti, asserentium, q; in suis priuilegiis libertatib. immunitatib. & frāchesiis, per inclytæ recordationis charissimū dominum & genitorem nostrū & alios nostros prędecessores Delphinos ipsis cōcessis, quas nos eis nuper per nostras litteras nostro sigillo in cera viridi & laqueis de serico sigillatas confirmauimus, illi supplicantes per gentes & officiarios nostros fuerunt pluries impediti: & quando casus contingit quòd dicti supplicantes vel aliquis ipsorū acturi sunt in aliqua curiarum nostrarum Delphinalium de aliquibus casibus ipsos tangentibus, oportet quòd de dictis priuilegiis libertatibus immunitatibus & franchesiis fidem faciant in eorum grande præiudicium & grauamen, prout dicūt, nostrum remedium super hoc nobis implorādo.

¶ Nos præmissis attentis eisdem supplicantes cōcessimus & cōcedimus de gratia spāli per p̄sentes vt omnia priuilegia libertates immunitates frāchesias & alia in lr̄is dicti dom. & genitoris nr̄i cōtēta vna cum nr̄a cōfirmatione & ap̄pbatione, p̄ vno semel ad ęternam ipsorum memoriā in actis publicis curiæ Vien. & aliarum singularum curiarū iudicaturarū dicti nr̄i Delphin. videlicet Graysiuodan Vienn. & Teŗreturris Dien. & Valen. baroniarum Medulionis & Mōtisalbani Vapinesij & Ebredun. Briançon. & maiorum appellationum totius Delphin. prædicti. & quibuslibet aliis curiis Delphin. faciant registrari ipsorum supplicātium pro vna vice dūtaxat sumptib. moderati: & quòd absque productione in singulis occurrentibus casib. ad ipsa registra habeatur recursus eisq. plena fides adhibeatur: & etiam quòd officiarij Delphinales ipsarū curiarū petentib. dum casus exegerit sine aliquo sumptu siue custu registra huiusmodi exhibere teneātur, mādantes vobis quatenus dictos supplicātes nr̄a p̄senti grā & concessione vti & gaudere pacifice faciatis. absque impedimēto quocunque. Datum Parisius die vicesima nona mensis Aprilis, Anno dom. Millesimo tercentesimo octuagesimo primo. & regni nostri primo.

¶ Per regem Delphinum ad relationem domini ducis Bourgondiæ & consilij. Manlone.

¶ Tenor certorum capitulorum in tractatu super transportu Delphinatus facto inter recolendæ memoriæ Principes dominum Philippum Francorum Regem ex vna parte: & dominum Humbertum Delphinum Viennen. ex altera. Contentorum qui tractatus iuxta sui formam tam per Illustrem Principem dominum nostrum dominum Ludouicum Delphinum modernum quàm per dominos Reges Delphinos Viennenses eius progenitores, confirmatus fuit & iuratus.

ET auecques ces choses auons voulu voulons & ottroyons à nostre dit cousin &c. & que nuls hommes ou subjets dudit Dauphiné & terres dessusdites pour choses qui soyent assises hors de nostre Royaume ou contrainct ou meffait hors d'icelui royaume fait ne puissent estre trays ne conuenus en aucune Court de nostre royaume si ce n'estoit en cas ou remission se deuroit faire par raison tant seulement, & auons voulu & voulons & octroyons & promettons à faire tenir & garder à tousioursmais perpetuellement par nostredit fils Philippe ou celuy des enfans de nostredit fils le Duc & leurs hoirs & successeurs qui le Dauphiné auront, toutes lesdites libertez franchises priuileges bons vs & bonnes coustumes des prelats barons & chastelains & autres subjets nobles & non nobles & singulieres personnes, eglises & tout le clergé, communes, cités, chasteaux & villes, franches de fiefs & arriere fiefs dudit Dauphiné & d'autres terres dessusdites, tant de successions comme d'autres choses, & que tant en fiefs & arrierefiefs comme en autres choses succedent les plus prochains du lignage masles ou femelles en montant ou en descendant, & le collateral aussi tant nobles comme non nobles sans testament ou par testament eux ou autres selon la disposition du testateur tant en fiefs & arrierefiefs nobles & autres comme en autres choses, & que iceux priuileges franchises & libertez leurs soyent confermees & ratifiees par celuy de nosdits enfans comme dit est, qui sera Dauphin, sans les rappeller ou enfraindre au temps aduenir par aucune maniere que ce soit.

¶ Renerius Pot dominus Prugniæ & Ruppis de Nolay cõsiliarius & cambellarius Regius gubernator Delphiñ. vniuersis & singulis bailliuis iudicibus ꝓcuratoribus castellanis capitaneis & cæteris officia-

officiariis & iusticiariis Delphinalibus præsentibus & futuris vel eorum locatenentes salutem: plurimas quærimonias gentium trium statuum Delphinatus in capitulis infra sequentibus declaratas expressatas hodie recepimus, super quibus & consilij Delphinalis deliberatione matura prouisiones concessiones in pede cuiuslibet capituli infra declarandas.

¶ Et primò conquærelabantur homines & subditi dictorũ triũ statuum, quod licet omnes & singuli bailliui iudices procuratores & castellani Delphinales teneantur iurare custodire & obseruare libertates patriæ, aliter impune non pareatur, eisdẽ & ipsis violatis per eos debeant condemnari & puniri, petentes dictũ capitulum eisdẽ obseruari liberaliter & sine custu: cum ipsi officiarij magnas pecunias extorquerint temporib. preteritis pro p̃missis. Insuper etiam conquerendo dicebant quod dicti officiarij Delphinales singulas libertates vniuersitatib. singulis artib ipsius patriæ recusant obseruare, & vlterius quod iudices Delphin. in castris domanij Delphinalis pro assisiis tenendis venientes, magnũ p̃miũ habere cupiebant antequam eorum particulares libertates vellent iurare & obseruare. Et vlterius quod iudices Delphinales in castris domanij Delphin. per assisiis tenendis veniẽtes, magnũ præmium habere cupiebãt antequã eorũ particulares libertates vellent iurare & obseruare. Præterea cõquerelabãtur super eo quod Delphinales officiarij pro eorũ bñ venutis & iuramentis per eos super suis libertatib. præstãdis & specialiter homines iudicaturæ Briãconesij multas pecunias extorquebãt petẽtes super quattuor quęrimoniarum p̃dictarum capitulis malos vsus tolli & ius cõmune obseruari sup quib. ipsis prouidere cupiẽtes insequẽdo capitula libertatum Delphinatus de præmissis facientia mentionem.

¶ Ordinauimus quod dictę libertates & frãchesię tã generales quã particulares à modo in antea iurẽtur iuxta formã capitulorũ libertatũ tã generaliũ quã particularium locorum vniuersitatum dictę patrię, liberaliter quãdocunq. illi vestrum quos tãgit fuerint super hoc debitę, requisiti dicta capitula tenaciter obseruãdo iuxta ipsorum seriẽ & tenorẽ, nõ cõpellendo ipsos subditos Delphinales ad soluendum aliquas financias prætextu dictorum iuramenti ac beneuenutarum de quib. etiam superius mentio habetur.

¶ Itẽ super quibusdã aliis quærimoniis visitationes processuum criminaliũ tãgentib. nobis factis per dictas gentes trium statuum prædictorum per nos extitit ordinatum ne iudices Delphinales,

ſeu eorum locatenentes pro viſitando cauſas criminales inqueſtas defenſiones, aut pro abſolutione reorum ſeu aliàs indebitè à Delphinalibus ſubditis, ſeu aliquo ipſorum aliquid recipiant, ſeu exigant, nec difficiles quomodolibet ſe reddant in litteris iuſticiæ, ſine cuſtu ſignandis, & contrarium facientes taliter puniantur quod cæteris cedat in exemplum.

¶ Itē fuit prouiſum prout ſuprà ſpecialiter ſubditis patriæ Brianconeſij cōquærentibus, quòd eorum bailliui ipſos compellunt frequenter ad cuſtodiendum paſſus dicti bailliuiatus nulla neceſſitate ſeu iuſta cauſa vrgente, quòd inhibeatur dictis bailliuis, quibus etiam & nos inhibemus, ne dictos ſubditos ſeu alterum ipſorum ad cuſtodiā dictorū paſſuū cōpellāt ſeu cōpelli faciāt, niſi iuſta cauſa occurrente aut periculi eminentis neceſſitate interueniente.

¶ Item ſuper quærimonia monſtrarum & reuiſionum fortaliciorum coram nobis deducta fuit per nos ordinatū, inhiberi bailliuis bailliuiatuum patriæ Delphinatus, quibus etiam tenore præſentium inhibemus, ne monſtras aliquas ſeu reuiſiones in bailliuatibus prædictis faciant ſeu fieri aliqualiter mandent, abſque domini noſtri & noſtro ſeu ſucceſſorum noſtrorum gubernatorum Delphinatus ſpeciali mandato.

¶ Item & quod ſi ſuccedentes ex teſtamento vel ab inteſtato ſine littera miſſionis in poſſeſſionem acciperent ſeu intrarēt, talium bonorū poſſeſſionē iudices ꝓcuratores & firmarij curiarū ipſos ſucceſſores inquæſtabāt, & proceſſus inquiſitionales formabant cōtra ipſos ex officio iudicis & ſine denūciatione vel accuſatore ſuper quibus petebant noſtram prouiſionem obtinere. Et fuit per nos ſuper hoc prouiſum quod mandetur iudicibus & cæteris Delphinalibus officiariis præſentibus & futuris, quibus etiam ſic mandamus quod obſeruent & obſeruari faciant libertates & litteras, de quibus in eorum quærimoniis prædictis fit mentio: & etiam faciant ipſum obſeruari per banneretos reſpectu ſuorum ſubditorum: & ad hoc aſtringantur.

¶ Itē conquærebantur ꝙ à paucis tēporibus citra firmarij curiarum Delphinalium, veniendo contra vſus hactenus obſeruatos, dum & quando aliqui homines ſubditi Delphin. moriuntur teſtati relictis liberis hæredibus inſtitutis, pupillis aliquibus vniuerſaliter & aliis particulariter compellebant & compellere nitebantur ipſos hęredes, ſic inſtitutos recipere tutelam tam particulariter inſtitutos quàm vniuerſaliter, & erat potiſſima quęrimonia: quia

ſi eſſet

si esset filia instituta in pecuniaria dote, habere volebant pro decreto pro quantitate dictæ dotis: & licet vsitatum fuisset ab antiquo iudices venientes in assisiis dare tutores pupillorum in castellaniis, potissime pupillis minoris vel mediocris status: ipsi tamen firmarij facta magna conuocatione parentum in sede iudicaturæ compelli faciebant: sic conuocatos ibidem recipere tutelam in magna consumptione expensarum & interesse subditorum Delphinalium, super quibus per nos fuit prouisum, quòd pro dote data filiabus in testamento, parentum dicti firmarij nihil habeant: & vlterius quòd per iudices prouideatur de tutore, his quorum parentes seu quorum interest petent dari tutores, & quòd non astringentur aliqui ad recipiendum tutorem, nisi casus exigeret iuris dispositione, & hoc fiat cum minori custu quo fieri poterit.

¶ Item erat vlterius quærimonia eorum quòd firmarij Delphinalium curiarum in processibus suis ad plenum non registrabant instrumenta & alia quæ in ipsis processibus producebantur: ex quo multi processus ruebant vitio nullitatis, super quo nostra prouisio talis est quòd iudices compellant ipsos firmarios, quòd ipsa producta ad plenum in ipsis processibus registrent vel faciant registrari, aliàs nihil valeant exigere pro eisdem, nec ad diffinitionem processuum procedatur, donec fuerint ad plenum inserta & processus integriter ordinati.

¶ Item vlterius conquærebantur de & super eo quòd exactores expletorum Delphinalium curiarum, vltra eorum stipendia ordinaria à subditis Delphinalibus condemnatis in curia, pro apodexia solutionis dictarum condemnationum excessiue ab horis condemnationis extorquebant, super quo per nos extitit prouisum, quòd inhibeatur per iudices ipsis exactoribus, quibus etiam inhibemus, ne de cætero recipiant à decem libris & infra pro apodixa, nisi vnum liardum: & à decem libris suprà vsque ad viginti libras duos liardos, & à viginti libris supra quantacunque sit summa nisi vnum grossum.

¶ Item petebant vltra quòd firmarij dictarum curiarum non essent nec esse deberent locumtenen. iudicis vel procuratoris fiscalis, nec exactores expletorum Delphinalium, & quòd hæc iniungerentur obseruari iudicibus & procuratoribus, de cætero super quo est prouisio, talis quòd iamque iniunctum est per nos & consilium Delphin. iudicib. & procuratorib. q; singuli singulis officiis contententur: & idem per exactores firmarios obseruetur.

¶Item super alia ipsorum quærimonia quæ erat quod firmarij magnarũ curiarum procurabãt aduocari causas inquisitionales in castellaniis domanij Delphiñ. inchoatas in ipsis magnis curiis tractandas, cuius prouisio est & fuit quod non aduocentur ipsæ causæ nisi sint de grauioribus, sicut iamque aliàs fuerat per nos ordinatũ.

¶Item etiam conquerebantur super eo quod firmarij curiarum subditos Delphiñ. opprimebant ꝑ arrestationẽ suarũ personarum, pro emolumentis scripturarum & sigilli, & sine scitu iudicis scribebant suas litteras præcisæ & sine diei assignatione, & talẽ sũmam qualem volebant, sine taxatione iudicis, super quo ordinauimus & ordinamus, quod per iudicem fiat taxa ante omnia parte euocata, qua prius facta euocetur debitor iudicis auctoritate, nec aliàs fiat arrestatio personę debitorum vt in debitis fiscalibus, & quod iudex concedat litteras manu sua signatas sine custu signationis.

¶Item & super eo ꝙ petebant ordinationẽ factam per dñm Iacob de Mõtemauro quondã gubernatorẽ Delphiñ. suꝑ taxatione instrumentorum in suis terminis obseruari. Ordinauimus quod seruetur ipsa taxa cuius tenor talis est: videlicet ꝙ notarij qui instrumenta tam in iudicio quã extra recipiẽt qui non sigillẽt, sed in ꝓthocollis notariorũ notentur registrãtur, & deinde in ꝑgameno grossant de & pro eorũ mercedib⁹ habeãt & recipiãt vt seq̃tur: videlicet pro instr̃o ꝓcurationis ad lites tantũ tres grossos, & si fiat apud acta duos tertios grossos, pro instr̃o procurationis ad lites & negocia quattuor grossos, ꝓ instrumẽto emptionis & vẽditionis in forma communi à vigĩti florenis infra sex grossos, à vigĩti florenis vsque ad quinquaginta florenos nouem grossos; A quinquaginta florenis vsque ad centum florenos, vel circa, vnũ florenũ, à centum florenis vsque ad ducentum florenos vnum franchũ, à ducẽtũ florenis pro singulis centum florenis vsque ad mille, duos grossos, & deinde pro quolibet miliari dimidium florenum, & si fuerit extra formam communem venditio fiat notario debita de labore taxatio & satisfactio pro instr̃o permutationis, taxatur secundum formam & qualitatem venditionis proximè dictas, pro instrumento cõfessionis & obligationis alicuius debiti. Itẽ mutui rñderię cõstitutionis dotis emphyteosis donationis inter viuos & consimiliũ contractuum nominatorum, taxat secũdũ formã & qualitatẽ vẽditionis supradictas, pro instrumento compromissi, si fiat in forma communi cum sententia vnum florenum, si verò sit de intrincato & difficili negocio nisi partes conueniant, fiat ad arbitrium iudicantis. [illegible] instrumento transactionis prout super præcedenti,

pro instrumēto arresti alicuius cōputi seu administrationis, si sit in forma cōi vnū florenū, sup aliis q̄ non sunt de forma cōi nisi partes concordent remittantur arbitrio iudicis, pro instrumento quietantiæ soluatur medietas taxationis in cōtractib. nominatis factæ, pro instrumento testamenti, videlicet de communibus & cōmunibus facultatib. duos florenos, de aliis stetur arbitrio iudicis: pro instrumento clausularum testamenti in quo ponūtur institutiones dimidiū florenū, si sit de cōmunibus & de aliis stetur arbitrio iudicis, pro instrumēto quietantiæ alicuius debiti in quo quis est alteri per instrm vel aliàs obligatus taxantur tres grossi vsque ad summā viginti francorum & vltra dictam summam sex grossi, pro instrō inuētarij bonorū mobiliū & immobiliū, alicui⁹ stet taxationi iudicis secundum laborem & scripturam, si partes non cōcordēt, p instrō homagij seu fidelitatis, p re seu feudo valoris annui, decē librarum bonæ monetæ vel minoris soluātur sex grossi, maioris valoris decem librarum vsque ad viginti libras, octo grossi, maioris valoris viginti librarum vsque ad quinquaginta libras, vnus florenus, maioris valoris quinquaginta librarum vsque ad centum libras, decem octo grossi, maioris valoris centum librarum vsque ad ducentum libras, duo floreni, maioris valoris ducentum librarū vsque ad quingentas libras, tres florenos, maioris valoris quingentarum librarum vsque ad mille quattuor florenos, & maioris valoris mille libras prædicti quattuor floreni, & vltra duo floreni pro valore cuiuslibet milliari librarum bonę monetę. Item pro instrumēto retentionis & inuestituræ alicuius rei emptæ vel aliis acquisitæ taxātur tres grossi, & minori sūma q̄nquaginta florenorū, itē p instrō recognitionum recipiatur secundum laborem, & nisi partes conuenerint ad taxationem iudicis.

¶ Itē conquerebantur de quodā pænali ędito q, fit regulariter in curiis castellaniarū Delphn. quod nullus immittat animalia sua in alienis damnis, ex quo edicto dicebāt quod in ipsis curiis inquæstę fiebāt absque quærimonia damna passi ex officio curię, vel ad simplicem relationem seruienti, vel bannerij, super quo ordinauimus inq̄stā nō fieri nisi appeat denūciator, sicut & aliis fuit ordinatum.

¶ Item conquerebātur quod per castellanos & notarios cōpellebantur subditi Delphin. ad sibi donādū dū fiebāt aliq̄ tallię in dictis castellaniis pro donis Delphin. seu aliàs indignabātur contra ipsos, super quo est nr̄a prouisio quod nō cōpellātur ipsi subditi ad dādū de cęte ro officiariis in articulo noīatis directè vel indirectè.

¶Item conquerebantur quod ſubditi Delphinales à iudæis ſæpæ grauãtur eo quod licet eis ſoluatur principale debitũ cũ expẽſis: tamen ipſi iudæi & iudeæ inſtrumenta obligatoria pænes ſe retinent, concedendo tantummodo quietantias de ſoluto, quæ quietantiæ quandoque non groſſantur vel groſſatæ perduntur, & ſic occaſione dicti inſtrumenti obligatorij hæredes talium debitorum ab ipſis iudæis vel eorum ſucceſſoribus ad iterum ſoluendum, ſolutum compelluntur. Ideo ſupplicañ. ſuper hoc prouideri & vlterius ordinari quod dicti iudæi in villis Delphinalibus, in quibus morantur, eorum cancellum furnum puteum & macellum ſeparatim à Chriſtianis habeant, vt eorum conuerſatio propter pericula & inconuenientia quæ ſequi poſſent, euitari valeant, prout decet, ſuper quibus ordinauimus & ordinamus quod dicti iudæi & iudæe qui infra limites Delphinatus habitant & habitabunt deinceps compellantur, ad reddendum & reſtituendum dicta principalia inſtrumenta, & omnia inde ſecuta, illis quorum intererit ſatisfacto primitus eis de principali debito & expenſis legitimis per impoſitionem penarum & mulctarum ipſarum declarationem ac incarcerationem perſonarum: ipſos nihilominus ſi poſt & vltra menſem à tempore ſolutionis dicta inſtrumenta retinere præſumpſerint, puniendo compellantur, etiam viriliter ad habendum & tenendum eorum cancellum in villis in quibus morantur, necnon eorum furnum puteum & macellum ſeparatim à Chriſtianis, prout aliàs per nos & noſtros prædeceſſores extitit ordinatum, vt eorum conuerſatione cum Chriſtianis aliqua ſiniſtra, quod Deus aduertat, non ſequantur.

¶Vobis propterea & veſtrum cuilibet prout quemlibet tangit & ſuo incumbit officio, præcipientes & mandantes, diſtrictius iniungendo quatenus omnes & ſingulas ordinationes ſupra per nos factas in ſingulis ſuis capitulis obſeruetis & obſeruari faciatis de puncto ad punctum, nihil de contingentibus in eiſdem obmittendo quoſcunque compellendos, ad ea obſeruanda viriliter & fficaciter compellendo iuris remediis opportunis.

¶Volẽtes tamẽ & mãdantes quod omnia præmiſſa obſeruentur illis qui ſuis ſubditis eadẽ obſeruabũt, & non aliter neq; vltra. Vobis etiam iudicibus prædictis vel veſtrum locatenẽtibus etiam præcipientes harum ſeriæ, & mandamus quatenus vniuerſis & ſingulis Delphinalibus ſubditis qui de ipſis in toto vel in parte

copiam

copiam hr̄e voluerint, eandem concedatis sub sigillo auctentico ipsarum curiarum & iudicaturarum, vt ipsis se iuuare valeant, vbi in casibus loco & tp̄e opportunis, in quorum testimonium præsentes litteras dictis gentibus dictorum trium statuum, & ipsorū cuilibet duximus concedendas nostri sigilli munimine roboratas. Datum in sancto Anthonio per dominum gubernatorem prædictum, assistētibus sibi honorabilib⁹ & magnæ circūspectionis viris dominis inferius nominatis, die quarta Marcij, Anno natiuitatis Domini millesimo quatercentesimo decimotertio. Et expeditum in loco costæ Sc̄ti. Andreæ per dictū domin. gubernatorē, assistentibus sibi dominis Guillelmo Gelmon, Iohanne Generis, Iacobo de Sc̄to. Germano aduocato & procuratore fiscali generali Delphinatus. Soffredo Tholoni, Auberto Fabri thesaurario Delphiñ. Iohanne de Marolio & Andrico Garini computorum Delphiñ. auditoribus, die vicesimatertia Nouembris anno prædicto.

Per dominum gubernatorem concessum & expeditum locis anno & diebus ac sibi assistentibus dominis quibus supra.

F. Nicoleti. I. Guiffredi.

¶*Litteræ per quas mandatur quod per singulas iudicaturas Delphinales mittantur certi libri libertates concessiones priuilegia & immunitates continentes.*

¶Renerius Pot dominus Prugę & Ruppis de Nolay consiliarius & cambellanus regius, gubernator Delphinatus, vniuersis & singulis, præsentibus & futuris, notū facimus per p̄ntes, quod vt ad quorūcumque officiariorum subditorúmque Delphinatus, notitiam libertates priuilegia & immunitates, propriæ subditis Delphin. prædictis per recolendarum memoriarum dominos nostros Delphinos actenus concessę, indifferenter & facilius possint & valeant deuenire, considerantésque & officiarij Delphiñ. iurisdictionē exercentes & quicunq; Delphin. subditi p̄ntes & futuri, in eorū necessitatibus seu priuilegiis & immunitatibus promptius valeant se iuuare gentium trium statuum Delphinatus, deliberatio adinuenit & ad ipsorum requestam, Delphinalis excellentia eisdem fieri concessis quod per singulas iudicaturas Delphinales mittātur certi libri, videlicet in qualibet vnus dictas libertates concessiones priuilegia & immunitates in eo insertas continentes, & p̄ns liber scripta cōtinēs in supiori cōsistorio Delphi. remaneat, in cui⁹ libri fine, certa inserūť capitula inserta in lr̄is tractat⁹, trāsport⁹ olim habiti p̄ bonę memorię dominum Hūbertū quōdā Delphi. Viennen.

ſcem cum felicis recordationis domino Philippo tūc francorū Rege, ſuper tranſportu ſeu ſucceſſione Delphin. Vien. ad quæ capitula, certa capitula in dictis libertatib. contēta ſe referunt. Inſeruntur etiam in eadē tenores certarū cōceſſionū dictis gētib. trium ſtatuū Delphin. olim factarū, prout in eo latius expreſſatur collationatarū originalibus litteris: volentes ordinantes & mandantes harum ſeriç quod ipſe liber & contēta in eo in dicta curia in certo loco ſedis dicti ſuperioris conſiſtorij cum cathena ferrea affigatur & clauetur tenaciter, adeo quod temporib. profuturis de ipſo & contentis in eo cuicunque fieri valeat prompta fides. Datum Coſte Sancti Andreæ die viceſima tertia nouembris. Anno Domini. Milleſimo quatercenteſimo decimotertio.

¶ *Litteræ certarum prouiſionum & reparationum conceſſæ per Karolum ſeptimum Delphinum Viennen. M. cccc. xxxiii.*

¶ Karolus Dei gratia Francorum Rex Delphinus Vien. notum facimus harū ſeriæ vniuerſis pro parte dilectarū noſtrarū & fideliū gētiū triū ſtatuū noſtri Delphin. ſuper multiplicib. grauaminib. & aliis certis caſib. bonum & vtilitatem reipublicæ noſtri prędicti Delphinatus, atque tranquillitatem eiuſdē patriæ & expeditionem iuſticię concernentib. nobis humiliter expoſitis fuimus prouidere requiſiti. Nos igitur cupientes ſumma cum ſollicitudine & cura agere: quæ ad decorem atq. honorem patriæ noſtræ redundāt & redundare poſſunt. Animaduertentes felicem ſinceritatem prædictarum, gentium trium ſtatuum, & multiplicia obſequia, nobis per eaſdem præſtita & exhibita, maturáque habita, ſuper his deliberatione & conſilio noſtrorum conſanguineorum & aliorum quam plurimorum de magno noſtro conſilio, apud nos nunc exiſtētium, ex noſtra certa ſcientia, auctoritate noſtra regia & Delphinali, ſuper prædictis humiliter ſupplicatis, ordinauimus conceſſimus & prouidimus, atque per præſentes ordinamus concedimus & prouidemus vt ſequitur.

¶ In primis, Quod iudices periti & prudentes atque procuratores fiſcales diſcreti & maturi in iudicaturis, conſtituant & ordinentur ita quod ex imperitia & improbitate talium nulla ſequant̄ inconuenientia, ſicut temporibus retrolapſis fuerunt inſecuta. Et ſi aliter per errorem vel inaduertētiam factum fuerit, prouideatur maxime facta ſuper hoc quærimonia.

¶ Item quod noſtri iudices Delphin. & procuratores fiſcales iudicaturarum noſtrarum maiorū Graiſuodam Vien. & Terreturis

Dien.

Dien.& Valen. Ebredun. Briancon. baroniarum & vapinen. per gubernatorem modernum aut eius successores seu locatenentẽ eorundem in officiis Delphinalibus, de cætero non confirmentur nec teneantur vltra biennium, nisi hoc fiat ad requisitionem gentium trium statuum, sicut habent libertates dictæ patriæ nostræ. Et si de facto confirmentur & confirmati in officio huiusmodi in vigore confirmationis se ingerant, puniantur pœna vnius marchi auri nobis applicanda, & de aliis prouideatur.

¶ Item quod iudices dictarum nostrarum curiarum & firmarij earundem nullomodo subditos ecclesiarũ & banneretorũ corã se citẽt, nec citare habeãt, nec in causa trahere per litteras quærelæ vel aliàs nisi submissi existant expressæ viribus & cohertioni alterius talium curiarum, vel aliàs de iure & stilo citari possint & citari possint, & citatos erroneę vel aliàs indebitę infra quindecim dies remittãt à die postulatę remissiõis cũ expẽsarũ citati cõdẽnatione.

¶ Item quod in superiori auditorio dicti nostri Delphinatus nõ aduocẽtur causę quę in curiis ecclesiasticorum & banneretorum debent tractari, nec de causis quæ inter procuratores taliũ banneretorum & ecclesiasticorum & subditos eorundem coram iudicibus suis ventilantur, se intromittere habeat iudex superior vel gubernator dicti nostri Delphinatus, nisi in defectu iustitię, vel in casu appellationis aut ressorti, vel aliàs de iure aut stilo permissis, sed si erroneę vel aliàs indebitè ad supplicationem alicuius essent aduocatæ, quod de eisdem fiat remissio in promptu, altera parte requirente absque difficultate quacunque & custu scripturarum vel sigilli, sicut etiam habent ordinationes dudum tempore regiminis domini cassenatici factæ.

¶ Item quod omnes & singuli iudices & cæteri officiarij nostri Delphinatus libertates tam in generalibus quam in singulis villis & locis suarum iudicaturarum concessas, scienter infringentes, vel contra eas facientes, & requisiti reparare infra mensem à die requisitionis factæ, recusantes pœnam vnius marchi auri: arbitrio tamen nostri gubernatoris seu consilij Delphinalis mitigandam incurrant, nisi tamen tales libertates essent reuocatæ; vel eisdem per alias foret derogatum, & si quæ fiant in futurum aut tempore præterito facta fuerint contra libertates generales patriæ, quod ex hoc nullum generetur, neque generari possit pręiudicium patriæ, neque capitulis dictarum libertatum, contra quæ factum fuerit vel attentatum.

¶ Item quod in decimo sexto capitulo libertatum generalium patriæ in quo mentio habetur de grauioribus & notoriis, quod illa verba intelligantur secundum dispositionem iuris, attenta etiam qualitate personarum & circunstantia casuum.

¶ Item quod nobiles & bannereti ac viri ecclesiastici in sua iurisdictione exercenda vsu & possessione in quibus ipsos esse & fuisse non viciosæ reperientur, non impediantur, nec processibus cum procuratore nostro fiscali sine causa inuoluantur, & si in causam quouismodo trahantur prædicta sua possessione, non priuantur interim sine causæ cognitione.

Item inhibeatur castellanis nostris Delphin. & sub pœna ne de territoriis ac iurisdictione nobilium banneretorum & aliorum iurisdictionem habentium: ac subditorum ipsorum se intromittant, nisi tamen in casibus à iure aut de consuetudine legitimę præscripta permissis. Et si de facto contrafaciant quod ipsi prout iusticia exegerit, puniantur.

¶ Item quod de fortificationibus castrorum & locorum tallium banneretorum & talliis quæ ibidem fiunt & peræquantur, non fiant processus in dicto superiori auditorio: sed vocatis & auditis partibus causæ terminentur infra duas vel tres dictas, secundum ordinationem dudum per Karolum dominum de Bouilla, tunc Gubernatorem Delphinatus super hoc editam, & aliàs, prout consilio nostro iam dicto, iuridice videbitur faciendum.

¶ Item quod terræ banneretorum vel aliorum quoruncunque subditorum Delphinalium mouentium ex testamento vel ab intestato, non reducantur ad manus nostras, sed vbi statim apparebit hęres institutus capax & idoneus, vel persona quæ ab intestato de iure successura capax, tamen & habilis esse in possessionem mittatur: seruatis tamen prærogatiuis Delphinatus & natura feudi. Et si de facto contrarium fieret quod manus ipsa ad partis requisitionem tollatur, sine difficultate quacunque, aut morosa dilatione & iudices Delphinales, scienter contrafacień. arbitrio gubernatoris nostri puniatur.

¶ Item quod in castris limitrophis Delphinalibus ponantur castellani qui sint patriotæ & nostri homines ligij, aut alij ydonei qui ibidem residentiam faciant continuam. Et si alij existant vel inibi non resideant, quod à dictis castris remoueantur, & de aliis ydoneis prouideatur: cum in talibus castris patriæ nostræ

consistat

consistat defensio & conseruatio.

¶ Item quod in officiis quibuscunque Delphin. quæ de cætero contingent vacare homines nostri ligij & alij habitatores dicti patriæ præferantur aliis, quibuscunque tamen idonei & sufficien. ad talia fuerint, & nulli admittantur ad dicta officia nisi sint oriundi de terra nobis subiecta.

¶ Item quod litteræ quæcunque per nos temporibus præteritis concessæ: ex quibus derogatur vel abrogatum fuerit in aliquo libertatibus generalibus dictæ patriæ, vndecũque concessis, quod ex ipsis nullum fieri possit præiudicium talibus libertatibus, neque habitatoribus ipsius patriæ: nec trahi possit ad consequentiam aliquam in præiudicium patriæ & dictarum libertatum.

¶ Item concedimus permittimus & toleramus quod iudices banneretorum & aliorum iurisdictionem habentium patriæ nostræ Delphinæ iamdictæ, possint curias suas impune & liberè tenere, tam in ciuitate Grationopoli, sicut hactenus facere consueuerunt, quam etiam in aliis nostris locis Delphin. & sententiæ aliíque actus iudiciarij inibi per eosdem ferendæ, perinde valeant & teneant ac si factæ forent, & prolatæ in territoriis talium banneretorum, & hoc sit & censeatur esse factum citra præiudicium aliquale iurisdictionis nostræ, & acquisitionem alicuius iuris, respectu territorij Delphinalis.

¶ Quocirca dilectis & fidelibus nostris gubernatori vel eius locumtenentem gentibúsque consilij & computorum auditoribus, cęterisque officiaris atque iusticiariis dicti nostri Delphinatus modernis & futuris, & eorum locatenentem, & ipsorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, mandamus & præcipimus aliàs supradictis gentibus trium statuum in vniuersali & particulari omnia & singula contenta in supradictis capitulis, obseruentur perpetuo & inuiolabiliter, nec faciãt aut à quocũque fieri permittant aliquid in contrarium directe vel indirecte, & si quæ reperiantur secus facta ad pristinum statum reducant seu reduci faciant. Quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret sigillum nostrum dicti Delphinatus, præsentibus nostris litteris duximus apponendum. Datum Vienne mense Aprilis, Anno domini, Millesimo quatercentesimo trigesimo quarto. & Regni nostri duodecimo.

Per dominum gubernatorem in suo consilio Delphin.
Per Regem Delphinum in suo magno consilio.

¶ Qualiter cõsilium Delphinale debet residere inciuitate Grãtionopoli, quot consiliarij esse debeant, quot secretarij de vadiis eorum & de statutis per ordinatione consilij, & de eorum priuilegiis & studentium in ciuitate Grationopolitana.

¶ Humbertus Delphinus Viennen. dilectis fidelibus consiliariis nostris Grationopoli residenti cum honoris augmento salutem & sincere dilectionis affectum: quoniam reges & principes in se ipsis & suis subditis gubernandis iusticiam quæ ius suum vnicuique tribuit ministrare opẽ, ea propter in iure describitur, cum rex iustus sederit supra sedem non aduersabitur sibi quiquam malignum, quamquidem iusticiam ipsi reges & principes per seipsos ministrare nequeunt: sed per iudices & officiales, quos in suis regnis & principatibus duxerint ordinandos.

¶ Nos Humbertus Delphinus Viennen. prædictus, cõsiderãtes ad expeditionem omnium negociorum Delphinali nostræ curiæ occurrentium propter occupationes nostras multiplices, personaliter nos vacare non posse, nolentes quod propterea bonum iusticiæ quo nil est in vita melius negligatur, & prouide attendentes parabolam sapientissimi Salomonis dicẽtis: oĩa fac cum consilio, & post factũ nõ penitebis, & per eundẽ ibi salus, vbi multa cõsilia ad felicitatẽ atque beatitudinẽ nostrã nostrorúmque successorum necnõ bonum & prosperũ statũ fidelium & subditorũ nostrorũ; & ad ipsorũ onera supportãda & cõmoda facilius procurãda infrascripta, matura deliberatione atque cõsulta prouisione digesta Deo propitio perpetuo valitura per nobis nostrísque successorib. serie præsentiũ salubriter duximus, ordinãda, volẽtes omnia & singula quæ in præsenti pagina continentur in toto nostro Delphinatu, dante domino fructus vberes productura tam à nobis nostrísque successoribus quam ab aliis quibuscunque officialibus & subditis nostris tam præsentibus quam futuris, debere imposterum firmiter & inuiolabiliter obseruari.

¶ In primis videlicet quod nos nostrum Delphinale consilium in ciuitate Grationopoli, perpetuo permansurum imposterum habeamus.

¶ Vos autem cõsiliũ nostrũ prædictũ ex septem peritis in iure, quorũ saltẽ quinq. sint doctores actu legẽ tes quattuor: & quintus cãcellarius, videlicet duo iuris canonici: & duo iuris ciuilis in studio nostro Grationopoli, legentes, seu legere & regere debentes, esse debere statuimus, & etiã ordinam⁹ vt ex hoc idẽ studiũ nostrũ adauge-

adaugeri valeat manuteneri & etiam conseruari, ita quod quando cōtigerit aliquem ex vobis decedere, vel fortè ex causa alia à dicta ciuitate discedere, & à dicto consilio segregari, alius eiusdem professionis idoneus & sufficiens in locum decedentis, vel taliter recedentis per nos vel nostros successores debeat subrogari.

¶ Volumus insuper quòd vos debeatis imposterum cōsiliū Delphinale Grationopoli residens, vulgariter & cōi vocabulo appellari. Vobis autē cōsilio nostro p̄dicto pro obseruāda iusticia & bono rei publicæ & onerib. & laborib. subditorū nostrorū facilius supportandis, & certa nostra sciētia tenore præsentiū meri & mixti imperij omīoda iurisdictione in toto nostro Delph. & in oīb. fidelib. & subiectis nostris cōcedimus potestatē: ita q̄ in oīb. & singulis causis cōtrouersiis & quæstionib. tā ciuilib. quā crīalib. ac mixtis & aliis quibuscūque ad nos & Delphin. curiā nūc vel in futurū quoquomodo spectātib. tā ad denuntiationē petitionē seu requisitionem partis, quam etiam ex officio per inquisitionem, possitis procedere & iurisdictionem ordinariā in Delphinatu vbiq. exercere, & cuilibet iusticiā ministrare aliis nostris iudicib. & iurisdictionē in Delphinatu nostro habentibus, non intēdētes propterea derogare quatinus sicut prius sua iurisdictione vtantur.

¶ Volumus tamen quod cōsiliū sit maius superius super omnes iudices & officiales, & ad ipsum tanquā ad maius & superius recursus haberi possit; & sibi vt maiori ab omnibus vel in omnibus obediantur: & audiat dictum consilium, & potestatem habeat audiendi, & etiā recipiendi supplicationes quorumcūque supplicare volentium litteras iusticiam continentes cōcedendi de nostris officialib. quærelas audiēdi cōtra eosdē officiales nostros tā p̄ntes quā futuros & præteritos, & alias quascūq. personas nobis subiectas inquirēdi inquisitiones faciendas inchoatas prosequēdi ipsásq. terminādi & finiendi diffiniendi nocētes. Et delinquentes condemnandi, & innocentes & insontes absoluendi. Commissarios & officiales eligendi & transmittendi, castra fortalicia Delphinalia custodiri muniri reparari & edificari, faciendi, emancipandi, tutores & curatores dandi & creandi auctoritatem & decretum tam in creandis seu constituendis tutoribus & curatoribus quàm minorum alienationum: & alia vbicunque testamenta & vltimas voluntates quascunque aperiendi publicandi, apperiri & publicari faciendi instrumenta & iura quicunque, explendi exēplandi &

exemplari faciendi recognitiones,& terreria recipiendi & recipi faciēdi beneficium restitutionis in integrum,principaliter & incidenter minoribus & aliis quibuscunque concedendi statuta ordinamenta prouisiones pro bono iustitiæ ac status patriæ,quotiens vobis videbitur,componendi omnibus officialibus nostris & subditis, percipiendi & mandandi super feudis & retrofeudis & aliis quibuscunque negocis & causis Delphinalibus,tam ciuilibus quam criminalibus,& aliis quibuscunque qualiacunque & quantacunque sint vel fuerint,etiam si de ipsis vel ipsorum aliquo oporteret mentionem fieri specialem,& quæ nos ipsi exercere possimus & possemus.

¶ Vobis consilio nostro prædicto tenore præsentium omnimodam concedimus potestatem,bonis iuribus iurisdictionibus ac patrimonio nostro & incorporibus & quæ possidemus,& casibus specialiter iudici maioris hospitij deputatis,dumtaxat exceptis,quæ nulli donare concedere vendere cedere remittere adiudicare seu quoquomodo alienare,nec de officio dicti iudicis maioris hospitij vos intromittere possitis sine nostri speciali licentia mādato, insuper quotiens à nostro maiore appellationum iudice contingeret appellari.

¶ Volumus quòd in casibus dumtaxat à iure permissis appellare,ad vos appelletur:& quòd tam in ciuilibus quàm criminalibus causis appellationū huiusmodi tam in cognoscēdo quàm in diffiniendo,iurisdictionem omnimodam habeatis.

¶ Volumus etiam quod sigillum nostrum quo in negociis ad ipsum spectantibus,vtamini fieri faciatis:in cuius medio seu centro sit sculptura figura seu effigies Delph.cōscripta litteræ tales sigillum consilij Delphin. Grationopoli.residen. & aliud etiam sigillū paruum per litteris sigillandis,quo quidem sigillo maiori vtamini tam in sententiis & ordinationibus quam in aliis per vos imposterum faciendis:ipsum autem sigillum vt nostrum sigillum cancellariæ & anulum nostrum secretum in omnibus negociis per vos imposterum ordinandis,valere volumus & tenere,& etiam obtinere perpetui roboris firmitatem:quicquid enim eodē sigillo duxeritis sigillandum nos nostríque successores perpetuo ratum & gratum habebimus,& faciemus ab aliis actore domino inuiolabiliter obseruari,casibus superius memoratis dumtaxat exceptis.

¶ Dictum vero sigillum vnus ex vobis tenere debeat & seruare,

qui

Sanè præmiſſis in animo recenſitis nos Delphinus Viennẽſ. præfatus, iam pridem attendentes ſicut diuinæ placuit voluntati, cum nemo poteſt reſiſtere nos ſobole carere legitima nobis in Delphinatu prædicto, necnõ in aliis terris noſtris & domaniis ſucceſſura: ꝑ quã poſſet cultus iuſticiæ bonũ pacis & concordiæ vnitas in dictis terris & domaniis noſtris conſeruari formidantes, quod niſi ſpiritus almi gratia quæ nunquam ceſſat à benedictionibus nobis de prole legitima prouideret, vel ſuper hoc aliàs ordinaretur, proinde poſt deceſſum noſtrum dictus Delphinatus terræ ſubditi & vaſſalli noſtri ad diuiſiones deſolabiles periculoſas, & toti patriæ pernicioſas, proch dolor, deuenirent, poſt multas cogitationes ꝓfundas quibus viis poſſet ſuper his ſalubrius prouideri, demum in domino ad quem totam ſpem noſtram referimus confidentes quod eius auxiliante gratia ſub fauore & protectione illuſtriſſimi principis domini noſtri Regis Franciæ, & poſteritatis ſuæ Delphinatus terræ ſubditi, & vaſſalli noſtri à prædictis ſcandalis, aduerſitatibus & periculis ſub potenti brachio & manu forti, poſſent quietius & vtilius præſeruari, & ſub cultu iuſticiæ tranquillitatis & pacis ſalubrius gubernari, aduertentes etiam nexus ſanguinis & affinitatis, qui dictum dominum regem liberos ipſius, & nos ex diuerſis ligneis proximis coniun-

gere dignoscuntur habita deliberatione matura de consensu Prælatorum Baronum Nobilium et aliorum prudentium fidelium subditorum nostrorum certas conuentiones & pacta, cum dicto domino rege & domino Iohanne eius primogenito Normandiæ & Acquitaniæ ducæ, iamdudum fecisse recoluimus, per quas domino Philippo dicti domini regis secundo genito, & in casu in quo donatio in personam ipsius non posset habere effectum per mortem vel alıud impedimentum legitimum, alteri ex filiis dicti domini Iohannis primogeniti, quem dominus rex vel dux præfatus seu eorum successores reges Franciæ duxerint eligendum, dedimus cessimus & transtulimus imperpetuum hæreditario iure in possessione & proprietate donatione irreuocabili, facta solenniter inter viuos, nostrum prædictum Delphinatum de Viennesio, ducatum Campisauri, principatum Briançonnesij, marchionatum Cesañ. comitatum Viennen comitatum Albonis, comittatum Graysiuodam, comitatum Ebredunesij, ac comitatum Vapincesij, ac Baroniam Turris, Baroniam Vallis bone, Baroniam Futigniaci, Baroniam Medulionis & Baroniam Montisalbani, & generaliter omnes terras comitatus & Baronias ad nos quomodolibet pertinentes & pertinere debentes, cum suis iuribus honoribus & pertinentiis vniuersis, & in casu quo nos decedere contingeret sine hæredibus masculis aut femellis de proprio corpore nostro legitimè procreatis; & si hæredem vel hæredes nos vt præmittetur habere contingeret, eo similiter casu quo hæres vel hæredes decederent sine hærede vel hæredibus ex se legitimo matrimonio procreatis, & demum de voluntate dicti domini regis paterna prouisione, sic inter liberos disponentes ex certis & legitimis causis, ipsum & nos ad hæc inducentibus, attendentes translationem cessionem & donationem Delphinatus, ac terrarum aliarum prædictarum, sic vt præmittitur factas melius & vtilius cedere in personam dicti domini Iohannis primogeniti & hæredum suorum, donationem & cessionem de omnibus prædictis factas, vt præfertur & ipsum Delphinatum cum omnibus terris prædictis, in eundem dominum Iohannem & hæredes suos transtulimus, & de ipsis eidem cessionem & translationem fecimus efficaces sub certis modis & formis in prima donatione contentis, idem etiam dominus rex in dictum primogenitum transtulit prouisione paterna, quicquid

quicquid ipse vel dominus Philippus prædictus super his poterat reclamare virtute quarum conuentionum loca & castra dictarum terrarum bailliuis & castellanis tradita, ad vtilitatem eiusdem domini regis, & dicti domini Iohannis in casu existentis conditionis, & in eundem casum iuramenta à fidelibus præstita de dictis conuentionibus fideliter obseruandis, prout hæc & alia in litteris sigillis dominorum regis & ducis prædictorum & nostris necnon & instrumentis publicis super his confectis, seriosius continetur, cæterum post præmissa sic acta, multis meditationibus habitis circa regimen nobis commissum onera grauia attenta nostri corporis, valitudine importabilia, quę nos dignitate incumbunt diuina, vt firmiter credimus, gratia inspirante. Attendentes quoniam seruire Deo regnare est, celsiorem & nobiliorem fore gradum cælestis militiæ quam terrenæ in statu vitæ contemplatiuæ tanquam securiori relictis actiuæ periculis proposuimus & elegimus domino famulari & in sacris ordinibus deo propitio ministrare, vnde cũ simus ex causa prædicta extra omnẽ spem procreandæ sobolis constituti, & sic frustra expectaretur euentus, cuius idem sequeretur effectus, idcirco nos qui quanto plus in subditorum commoditatibus meditamur, tanto magis pro ipsorum procuranda tranquillitate attendimus pensata nostræ reipublicæ vtilitate & subiectorum in quorum quietæ quiescimus, & pro ipsorum procuranda salutæ multas noctes transiuimus insomnes successionem dicti Delphinatus, & conuentionum prædictarum effectum infallibilem accelerare desiderabiliter cupientes affectantésque summæ nostris temporibus successoris ad votum gaudio perfrui, & felicis regiminis nostræ reipublicæ visione letari firmiter sperantes in domino, quod sicut ipsa accelerationis causa à spiritusancto est ita ab ipso bonorum omnium auctore effectus acceleratus, pocedat dictis Delphinatum ducatum principatum marchionatum comitatus baronias & terras prædictas, ex nunc pure & simpliciter non expectato alicuius conditionis euentu in carissimum consanguineum nostrum Karolum dicti domini Iohannis primogenitum dignum, duximus cedere & transferre: & super his animi nostri secretum dictis dominis regi & duci fecimus reuelari, vt super hoc suum præstarent assensum mediantibus retentionibus & conuentionibus

infrascriptis. Præmissa quoque prælatis Baronibus nobilibus & consiliariis nostris exposuimus, vt tutius fierent de ipsorum consilio & assensu. Et nos rex & dux præfati aduertentes, quoniam scriptum est, Diliges proximum tuum sicut te ipsum, quod non solum decet regiam maiestatem & curiam regiminis, nobis adeo commissi regni nostri & subditorum pacem & tranquillitatem diligere, sed proximorum & vicinorum regni nostri potissimè dicti domini Delphini Delphinatus ipsius Mediolarum, qui semper hactenus erga regnum nostrum & coronam ipsius fidelissimè se gesserunt pacem & concordiam conseruare, attendentes insuper fidelitatis generis & amoris vincula tam fortia, quibus nos & dictus consanguineus noster coniungimur inuicem, & quæ retroactis temporibus inter nos & prædecessores nostros ipsumque & antecessores suos indissolubiliter viguisse noscuntur, laudabile piæ deuotionis propositum carissimi consanguinei nostri Delphini prædicti in domino commendantes. Nolentes ipsum, quo in his agitur contingere, sicut nec debemus, immo potius volentes ipsum in suo sancto proposito & deuoto fauorabiliter confouere, & eidem in suis piis votis quantum possimus complacere ipsius consanguinei nostri supplicationibus pulsari, frequenter & finaliter inclinati dictas cessionem & translationem ad votum suum factas ad opus & vtilitatem dicti Karoli acceptandas duximus, conuentiones & pacta cum eo fecimus & iniuimus, facimus & inimus ad fines prædictos sub modis & formis inferius annotatis.

¶ In primis nos Humbertus Delphinus prædictus ex causis prædictis, & pluribus aliis ad hoc nos inducentibus, Delphinatum nostrum Viennen. nostrósque ducatum Campisauri, principatum Briançonnesij Marchionatum. Lemane comitatum Viennen. Comittatum Abbonis, comitatum Graysiuodam, comitatum Ebredunesij, & comittatum Vapincesij, ac Baroniam Turris, Baroniam Vallisbone, Baroniam Futigniaci, Baroniam Medullionis, & Baroniam Montisalbani, & generaliter & specialiter omnes & singulas alias terras comitatus & Baronias nostros & nostras cum omnibus & singulis aliis iuribus actionibus requisitionibus & successionibus nobis competentibus et competituris, quouismodo vbicunque et quocunque titulo sine causa in possessione et

plena

plena proprietate sine aliquam fructus vel vsufructus retentione. Cum omni dominio vtili et directo, omnibus actionibus personalibus realibus mixtis vtilibus et directis nobis pro his et ratione horum et aliàs ratione quacunque competentibus et competituris imposterum, necnon cum mero mixto imperio et omnimoda iurisdictione exitibus redditibus et regalium iuribus prouentibus iurisdictionibus, homagiis et vassallis, castris et castellaniis, mandamentis et villis, superioritatibus et ressortis, seruitiis et garenis et cum omnibus aliis iuribus honoribus oneribus vtilitatibus nobilitatibus et aliis pertinentiis vniuersis, licet essent maiores expressatis ad nos pertinentibus, ratione dictarum terrarum seu aliàs quacunque ex causa vel pertinere valentibus, quomodolibet in futurum dictorum damnorum regis et ducis pluries et cum instantia expressa requisito consensu, et demum obtento in dictum Karolum primogenitum dicti domini ducis, perpetuo pure et simpliciter, nec expectato alicuius conditionis euentu, ex nunc cedimus et transferimus et eidem præmissa omnia donamus et quietamus, donatione irreuocabili facta solenniter inter viuos, nihil omnino in eisdem præter omnia infrascripta pænitus retinentes saluis et reseruatis, nobis duntaxat illustri et præeminentia et honore dignitatis, et nominis Delphinalibus sine administratione quacunque, ita quod prælati nobiles et populares nobis quandiu vixerimus, tanquam antiquiori Delphino teneantur honorem et reuerentiam exhibere, et dicto Karolo sicut iuniori Delphino dignitate Delphinali cum administratione nomine et effectu insignito in omnibus obedire volentes, quod à fidelibus prælatis Baronibus, et aliis nobilibus vassallis et feudatariis nostris quibuscunque Delphinatus et aliarum terrarum prædictarum, iuramenta fidelitates homagia et recognitiones recipiat, et quod eadem homagia fidelitates et recognitiones eidem Karolo facere teneantur, et simili modo iuramenta solita à vilis communitatibus consulibus et aliis subditis nostris necnon à bailliuis castellanis iudicibus et officiariis quibuscunque præcipientes insuper omnibus prædictis, quod dicta homagia iuramenta recognitiones eidem Karolo faciant, et eidem in omnibus obediant sine alterius expectatione mandati, super quibus fidelitatibus iuramentis homa-

giis recognitionibus & subiectionibus, ipsos & eorum singulos faciendo dicta iuramenta hommagia recognitiones & fidelitates dicto Karolo necnon ab omni vinculo, quo super hoc nobis tenebantur astricti absoluimus & quietamus, saluo tamen nobis quod nobiles feudatarij seu vassalli nostri propter reliquias præcedentis Domini præstando hommagia fidelitates & recognitiones prædictas personam nostram & fidelitatem nobis debitam excipiant & excipere valeant, qua tamen exceptione vti non poterunt, nec debebunt, nec nos poterimus nec debebimus contra dictum Karolum iuniorem Delphinum, nec contra iura sua: sed si aliquid haberet facere contra nos vel nos contra ipsum, ea occasione, qua vellemus vel niteremur, quod absit, aduersus contenta in præsentibus vel aliqua eorundem aliquid attentare seu in aliquo contraire tenentur & tenebuntur, ipsum etiam contra nosmet iuuare & sibi fidelitatis debitæ seruitium, non obstante exceptione prædicta integraliter exhibere: volumus etiam & præcipimus omnibus nostris officialibus supradictis & aliis quibuscunque sub virtute præstiti iuramenti & sub pæna proditionis: quatenus omnia castra loca villas oppida tenementa bastimenta fructus redditus exitus & prouentus Delphinatus, & terrarum prædictarum, & omnia alia ad præmissa pertinentia, eidem Karolo vel eius certo mandato puræ & liberæ tradant deliberant & expediant ad plenum omni conditione cessante realiter & de facto. Nostræ tamen intentionis existit quod dicti castellani & officiales teneant dicta officia nomine dicti Karoli, donec eisdem satisfactum fuerit de debitis quæ sibi debentur, pro quibus habent dicta officia, vel aliàs sibi fuerunt officia competentia realiter assignata: nec propter hoc differant iuramenta præstare prædicta, & nos eidem Karolo ex nunc deliberamus per præsentes ad plenum possessionem vacuam omnium & singulorum præmissorum constituentes, ex nunc nos suo & præcario nomine præmissa omnia & singula possidere volentes, insuper & expressè concedentes quod realiter corporaliter & de facto: possit intrare nanscici & apprehendere per se vel per alium, tanquam verus dominus & possessor, possessionem vel quasi omnium prædictorum, retinemus tamen & nobis specialiter reseruamus perpetuo & hæreditariæ manerium seu castrum fortalicium, castri de Bello visu in royanis, sicut se com-

se comportat pro monasterio, vel quod nobis placuerit faciendo eum viridariis, & plateis, ante dictum castrum, & circumquaque vsque ad riuum propinquum subtus castrum, necnon vsum ad chalfagium nostrum & successorum nostrorum habitantium in dicto castro & ad ædificandum & reparandum ædificia dicti castri, & pro palitiis faciendis pro claudendis terris & possessionibus nostris, & etiam pro palis pro vineis erigendis & sustinendis & pro pontibus & aliis nouis ædificiis, faciendis raffurnis, & etiam atque calce & aliis nostris vsibus quibuscunque in foresta de claisio. Et quòd omnes & singulas possessiones acquisitas & acquirendas per nos in mandamento dicti castri, sine tamen homagiis iurisdictione & nobilitate quacunque amortizare possimus: retinemus etiam iurisdictionem redditus exitus & prouentus eiusdem castri de Bello visu nobis ad vitam dumtaxat, hoc amplius nobis retinemus castra & loca de Balma & de Quirico cum omnimoda iurisdictione redditibus & prouentibus vniuersis ad dicta castra & loca quomodolibet pertinentem, tenendum à nobis vita nostra, durante tamen rursus nobis specialiter reseruamus iurisdictionem omnimodam altam mediam & bassam, in & super omnes vere domesticos & familiares nostros, ita quod possumus iurisdictionem omnimodam in eos exercere in quocunque casu ciuili vel criminali, quotiens casus continget quamdiu vitam duxerimus in humanis, necnon auctoritatem & potestatem plenariam remittendi & quietandi medietatem mulctarum & condemnationum pecuniarum quæ fient in dicto Delphinatu ascendentium vsque ad summam decem librarum Viennen. & infrà descendendo dumtaxat maxime bene meritis & miserabilibus personis prout nobis rationabiliter videbitur faciendum, ita quòd post mortem nostram prædicta omnia & singula nobis vt prædicitur ad vitam nostram retenta ad dictum Karolum Delphinum & successorem nostrum sicut verum dominum & proprietarium sine diminutione quacunque libere reuertantur, retinemus insuper nobis perpetuo & hæreditariæ in dicto Delphinatu quatuor milia florenorum valoris annui, quos æstimamus communi æstimatione duo milia & tercentas libras bonorum Viennen. de redditibus assisis ad antiquam assisam in valuassoria siue iurisdictione quacunque, pro quibus retinemus declaratæ & specificæ infrascripta, videlicet in Castellània Visiliæ de Siliginæ censuali:, Centum sestaria ad rationem sestarium, de tribus solidis, nouem denarios, valent

decemocto libras quindecim solidos grosso turonen. pro decem septem denariis computato. Item de auena censuali quatercenta sestaria ad rationem sestarium de duobus solidis sex den. valent quinquaginta libras. Item de denariis censuali, quinquaginta libras.

¶ Item in castellania Oysencij de siligine censuum, centum sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis & nouem denariis valent decemocto libras quindecim solidos. Item de ordeo & auena censuali ducenta sestaria ad rationem sestarium de duobus solidis & sex denariis valent vigintiquinque libras. Item de mutonibus sex viginti decem octo ad rationem quemlibet mutonem de quindecim solidis & septem denariis valent centum septem libras decem solidos sex denarios. Item de cibornis censualibus trigintaocto cibornos duas partes vnius quarterij & septimam partem vnius ciborni ad rationem pro quolibet octo solidos sex denarios valent sexdecim libras quattuor solidos nouem denarios & pictis. Item de caseis censualibus vigintiquinque quintalia ad rationem quintale decem septem solidos valent viginti vnam libram & quinque solidos. Item de gallinis censualibus sex viginti ad rationem quamlibet de sex dena. valent sexaginta solidos. Item de denariis censualibus tercentas libras.

¶ Item in castellania Triuiarum de frumento censuum. Centum sestaria ad rationem sestarium de quattuor solidis valent viginti libras, item de siligine censuali decem sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis valent triginta solidos, item de auena censuali sexaginta sestaria ad rationem sestarium de duobus solidis sex den. valent septem libras decem solidos. Item de gallinis censualibus viginti valent decem solidos, item de denariis censualibus sexaginta libras.

¶ Item in castellania Alauardi de frumento censuali quater viginti sestaria ad rationem sestarium de sex solidis & sex denariis valent viginti sex libras. Item de auena censuali triginta sestaria ad rationem sestarium, de quatuor solidis valent sex libras. Item de gallinis censualibus triginta valent quindecim solidos. Item de denariis censuum quadraginta libras.

¶ Item in castellania Morestelli in Graysiuodano de frumento censuali quadraginta sestaria ad rationem sestarium de septem solidis & sex denariis valent quindecim libras. Item de

auena

auena censuali viginti sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis valent sexaginta solidos. item de vino censuali triginta sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis, valent quattuor libras decem solidos. item de gallinis censualibus decem valent quinque solidos. item de denariis censualibus triginta libras.

¶ Item in castellania Grationopoli, de denariis censualibus, videlicet, desuper operatoriis & stannis mali consilij ceñ. furno consulatu banno vini ponderis & mensuris bladorum riuagio & aliis seruitiis & ceñ. minutis quadraginta libras.

¶ Item in castellania Parisius de frumento censuali triginta quinque sestaria ad rationem sestarium, de quinque solidis, valent octo libras & quindecim solidos. item de siligine censuali viginti sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis & nouem denariis valent septuaginta quinque solidos. item de denariis ceñ. octo libras sexdecim solidos.

¶ Item in castellania de Clusa de frumento censuali triginta sestarios, ad rationem sestiarium de sex solidis, valent nouem libras. Item de auena censuali quinque sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis valent quindecim solidos. Item de gallinis censualibus duodecim valent sex solidos. Item de denariis censualibus centum decem septem solidos.

¶ Item in castellania de Mura de frumento censuali centum quinquaginta sestaria ad rationem sestarium de quinque solidis valent triginta septem libras decem solidos. Item de siligine censuali ducenta quaterviginti sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis & nouem denariis, valent quinquaginta duas libras decem solidos. Item de auena censuali ducenta sexaginta sestaria ad rationem sestarium de duobus solidis sex denarij valent triginta duas libras decem solidos. Item de gallinis censualibus triginta valent quindecim solidos. Item de denariis censualibus quinquaginta libras.

¶ Item in castellania Bellimontis de frumento censuali, quaterviginti sestaria ad rationem sestarium de quinque solidis, valent viginti libras. Item de siligine censuali quadraginta sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis nouem denariis valent septem libras decem solidos. Item de auena censuali octoviginti sestaria ad rationem sestarium de

duobus ſolidis ſex denariis valent viginti libras. Item de gallinis cenſualibus viginti valent decem ſolidos. Item de denariis cenſualibus vigintiquinque libras.

¶ Item in caſtellania Corui de frumento cenſuali quindecim ſeſtaria ad rationem ſeſtarium, de quinque ſolidis valent ſeptuaginta quinque ſolidos. Item de ſiligine cenſuali octo ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de tribus ſolidis nouem denariis, valent triginta ſolidos. Item de auena cenſuali ſexaginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de duobus ſolidis ſex denariis valent ſeptem libras decem ſolidos. Item de denariis cenſualibus viginti libras.

¶ Item in caſtellania Buxeriæ de frumento cenſuali quindecim ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de ſeptem ſolidis ſex denariis valent centum duodecim ſolidos ſex denarios. Item de auena cenſuali triginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de tribus ſolidis nouem denariis valent centum duodecim ſolidos ſex denarios. Item de nucibus cenſualibus octo ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de tribus ſolidis nouem denariis valent triginta ſolidos. Item de vino cenſuali ſexaginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de tribus ſolidis nouem denariis valent vndecim libras quinque ſolidos. Item de gallinis cenſualibus ſexaginta valent triginta ſolidos. Item de denariis cenſualibus viginti libras.

¶ Item in caſtellania Coruillionis in Grayſiuodano de frumento cenſuali ſexaginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de quinque ſolidis valet quindecim libras. Item de fabis cenſualibus decem ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de quattuor ſolidis valent quadraginta ſolidos. Item de auena cenſuali ducenta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de duobus ſolidis ſex denariis valent vigintiquinque libras. Item de vino cenſuali viginti ſommatas ad rationem ſommatam de quinque ſolidis valent centum ſolidos. Item de gallinis cenſualibus viginti valent decem ſolidos. Item de pollatys cenſualibus viginti valent quinque ſolidos. Item de denariis cenſualibus quinquaginta libras.

¶ Item in caſtellania Montisbourdi de frumento cenſuali octo viginti ſeſtaria ad rationem ſeſtarium, de quinque ſolidis valent quadraginta libras. Item de auena cenſuali ſex viginti ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de duobus ſolidis ſex denariis

denariis valent quindecim libras. Item de vino censuali centum sestaria ad rationem sestarium de duobus solidis sex denariis valent duodecim libras decem solidos. Item de gallinis censualibus centum valent quinquaginta solidos. Item de nucleis censualibus tris cymin vnum quartale valent octo solidos nouem denarios. Item de pipere censuali sex libras ad rationem libram de tribus solidis valent decem octo solidos. Item de denariis censualibus sex libras.

¶ Item in castellania sancti Boneti de siligine censuali centum decem sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis valent decem octo libras sex solidos octo denarios. Item de auena censuali sex viginti sestaria ad rationem sestarium de duobus solidis duobus denariis valent tredecim libras. Item de gallinis censualibus sexaginta valent triginta solidos. Item de cera censuali septem libras valent nouem solidos vndecim denarios. Item de pipere censuali vnam libram valet tres solidos. Item de denariis censualibus quater viginti libras.

¶ Item in castellania Montis Orserij de frumento censuali triginta sestaria ad rationem sestarium de quattuor solidis sex denariis valent sex libras quindecim solidos. Item de siligine censuali quadraginta sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis & quattuor denariis valent sex libras tredecim solidos quattuor denarios. Item de auena censuali sexaginta sestaria ad rationem sestarium de duobus solidis tribus denariis valent sex libras quindecim solidos. Item de gallinis censualibus centum valent quinquaginta solidos. item de cera censuali duas libras valent duos solidos decem denarios. item de denariis censualibus quadraginta libras.

¶ Item in castellania sancti Nazarij de frumento censuali decem nouem sestaria ad rationem sestarium de septem solidis valent sex libras sex solidos. Item de siligine censuali quattuordecim sestaria ad rationem sestarium de quinque solidis tribus denariis valent septuaginta tres solidos sex denarios. Item de auena censuali vigintiquattuor sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis sex denariis valent quattuor libras quattuor solidos. item de nucleis censualibus vnum sestarium valent septem solidos. item de gallinis censualibus tredecim valent sex solidos sex denarios. item de denariis censualibus duodecim libras.

¶ Item in castellania Cabeoli de frumento censuali quattuor & viginti sestaria ad rationem sestarium, de quattuor solidis sex denariis, valent decem octo libras : item de gallinis censualibus quattuor viginti valent quadraginta solidos. Item de cuniculis censualibus viginti ad rationem pro quolibet de duodecim denariis, valent viginti solidos : item de denariis censualibus triginta libras.

¶ Item in castellania Pisanzonij de frumento censuali septuaginta sestaria ad rationem sestarium, de septem solidis valent vigintiquattuor libras decem solidos: item de siligine censuali quadraginta sestaria ad rationem sestarium, de septem solidis, tribus denariis, valent decem libras decem solidos : item de auena censuali octo sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis sex denariis valent viginti octo solidos : item de denariis censualibus quattuor libras decem solidos : item plus de gallinis censualibus sexaginta valent triginta solidos.

¶ Item in castellania sancti Marcellini de frumento censuali duodecim sestaria ad rationem sestarium, de sex solidis tribus denariis valent septuaginta quinque solidos: item de auena censuali triginta sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis tribus obolis valent quattuor libras tredecim solidos nouem denarios. item de vino censuali quinque sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis cum obolis valent quindecim solidos septem denarios cum obolis. item de gallinis censualibus duodecim valent sex solidos. item de denariis censualibus quadraginta solidos.

¶ Item in castellania villæ nouæ Roybonis de frumento censuali quinque sestaria ad rationem sestarium de septem solidis sex denariis valent triginta septem solidos sex denarios. item de auena censuali duodecim sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis nouem denariis valent quadraginta quinque solidos. item de danariis censualibus, triginta libras.

¶ Item in castellania sancti Stephani de frumento censuali quinquaginta sestaria ad rationem sestarium, de septem solidis sex denariis valent decem octo libras quindecim solidos. item de siligine censuali triginta sestaria ad rationem sestarium de quinque solidis septem denariis, & omnes valent octo libras octo solidos nouem denarios, item de auena censuali quinquaginta sestaria

ſtaria ad rationem ſeſtarium de tribus ſolidis nouem denariis valent nouem libras ſeptem ſolidos ſex denarios. Item de gallinis cenſualibus octo viginti valent quattuor libras. Item de pullis cenſualibus triginta valent ſeptem ſolidos ſex denarios. Item de denariis cenſualibus vigintiquinque libras.

¶ Item in caſtellania Belli Ripparij de frumento cenſuali quaterviginti ſeſtaria, ad rationem ſeſtarium de ſeptem ſolidis ſex denariis valent triginta libras. Item de auena cenſuali viginti ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de tribus ſolidis nouem denariis valent ſeptuagintaquinque ſolidos. Item de vino cenſuali triginta ſommatas ad rationem ſommatam de ſeptem ſolidis ſex denariis valent vndecim libras quinque ſolidos. Item de gallinis cenſualibus ſex viginti valent ſexaginta ſolidos.

¶ Item in caſtellania Moraſij de frumento cenſuali triginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de ſeptem ſolidis ſex denariis valent vndecim libras quinque ſolidos. Item de auena cenſuali vigintiquinque ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de tribus ſolidis nouem denariis valent quattuor libras tredecim ſolidos nouem denarios. Item de denariis cenſualibus triginta quinque libras.

¶ Item in caſtellania Vallis de frumento cenſuali vigintiquinque ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de ſex ſolidis valent ſeptem libras decem ſolidos. Item de auena cenſuali triginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de ſex ſolidis tribus ſolidis valent quattuor libras. Item de vino cenſuali quinque ſommatas ad rationem ſommatam de ſex ſolidos valent triginta ſolidos. Item de gallinis cenſualibus ſexaginta valent triginta ſolidos. Item de pullis cenſualibus viginti valent quinque ſolidos. Item de cuniculis cenſualibus decem valent decem ſolidos. Item de denariis cenſualibus decem libras.

¶ Item in caſtellania Ruppis de Climo de frumento cenſuali quindecim ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de ſex ſolidis valent quattuor libras decem ſolidos. Item de ſiligine cenſuali viginti ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de quattuor ſolidis ſex denariis valent quattuor libras decem ſolidos. Item de auena cenſuali quinque ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de tribus ſolidis valent quindecim ſolidos. Item de gallinis cenſualibus ſeptuaginta valent trigintaquinque ſolidos. Item de denariis cenſualibus ſexaginta ſolidos.

¶Item in castellania Peirini de frumento censuali triginta sestaria ad rationem sestarium de septem solidis valent decem libras decem solidos. Item de siligine censuali quatervi-ginti sestaria ad rationem sestarium de quinque solidis tribus denariis valent viginti vnam libras. Item de auena censuali viginti sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis sex denariis valent septuaginta solidos. Item de gallinis censualibus sedecim valent octo solidos. Item de denariis censualibus decem libras.

¶Item in castellania sancti Donati de frumento censuali decem sestaria ad rationem sestarium de sex solidis valent sexaginta solidos. Item de auena censuali quinque sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis valent quindecim solidos. Item de gallinis censualibus viginti valent decem solidos. Item de denariis censualibus sexaginta solidos.

¶Item in castellania Belliuisus in royamus de frumento censuali sexaginta sestaria ad rationem sestarium de sex solidis tribus denariis valent decem octo libras quindecim solidos. Item de siligine censuali sex viginti sestaria ad rationem sestarium de quattuor solidis & octo denariis valent trigintaduas libras tres solidos quattuor denarios. Item de auena censuali centum sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis tribus obolis valent quindecim libras duodecim solidos sex denarios. Item de castaneis censualibus quattuor sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis tribus obolis valent duodecim solidos sex denarios. Item de gallinis censualibus sex viginti valent sexaginta solidos. Item de denariis censualibus sex libras.

¶Item in castellania Yseronis de bladis & denariis censualibus vigintiquinque libras. Item in castellania Columberij de frumento censuali triginta sestaria ad rationem sestarium de octo solidis valent duodecim libras. Item de siligine censuali quinque sestaria ad rationem sestarium de sex solidis valent triginta solidos. Item de auena censuali quinque sestaria ad rationem sestarium de quattuor solidis valent viginti solidos. Item de gallinis censualibus triginta valent quindecim solidos. Item de denariis censualibus vigintiquinque libras.

¶Item in castellania Crimiaci de frumento censu li viginti sestaria ad rationem sestarium de septem solidis sex d. nariis valent septem

ſeptem libras decem ſolidos. Item de ſiligine cenſuali quadraginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de quinque ſolidis octo denariis valent vndecim libras quinque ſolidos. Item de gallinis cenſualibus centum valent quinquaginta ſolidos. Item de denariis cenſualibus quadraginta libras.

¶ Item in caſtellania Quiriaci de frumento cenſuali triginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de decem ſolidis valent quindecim libras. Item de ſiligine cenſuali decem ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de ſeptem ſolidis ſex denariis valent ſeptuaginta quinque ſolidos. Item de auena cenſuali viginti ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de quinque ſolidis valent centum ſolidos. Item de gallinis cenſualibus centum valent quinquaginta ſolidos. Item de denariis cenſualibus quadraginta libras.

¶ Item in caſtellania Balmæ de frumento cenſuali duodecim ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de decem ſolidis valent ſex libras. Item de ſiligine cenſuali quinque ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de ſeptem ſolidis ſex denariis valent ſeptuaginta ſeptem ſolidos ſex denarios. Item de auena cenſuali triginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de quinque ſolidis valent ſeptem libras decem ſolidos. Item de gallinis & capponibus cenſualibus quadraginta valent viginti ſolidos. Item de denariis cenſualibus decem libras.

¶ De quibus quidem duobus milibus & tercentis libris Viennen̄. retentis duo milia libras ex nunc aſſignauimus & incorporauimus noſtro monaſterio, faciendo in dicto caſtro de Bellouiſu: itaque pro illis duobus millibus illæ qui præerit in dicto monaſterio & ſui perpetuo ſucceſſores teneantur & debeant præſtare ſacramentum fidelitatis, & eas recognoſcere dicto Karolo & ſucceſſoribus ſuis Delphinis Viennenſi.

¶ Et nos Rex Francorum & Iohannes eius primogenitus dux prædicti viceverſa, conſiderantes liberalitates & mutuam affectionem nobis & dicto filio noſtro Karolo per dictum chariſſimum conſanguineum noſtrum exhibitas & nolentes eas ſine aliqua retributione vel remuneratione relinquere ſicut nec debemus. Nos Rex prædictus, damus concedimus & donamus eidem Delphino centum milia florenorum auri, ſoluendorum videlicet viginti milia ſtatim in apprehenſione poſſeſſionis prædicti Delphinatus & alia quattuor viginti milia per quattuor annos

immediatæ sequentes, videlicet quolibet anno reuoluto viginti milia tradenda & conuertenda, prout inferius declaratur.

¶ Volumus præterea & consentimus nos rex & dux prædicti, quod idem Humbertus Delphinus consanguineus noster charissimus, habeat & recipiat ad opus suum centum milia florenorũ auri à charissimo fratre nostro duce Bourbonesij, quæ idem dux dare promisit in dotem Karolo filio nostro prædicto pro & cum filia sua Iohanna primogenita eius ratione contract⁹ matrimonij inter ipsos, cum bene placito Dei & sanctæ matris ecclesiæ celebrandi, quæ eidem Delphino prædictus dux soluet & soluere tenebitur, prout inferius continetur; insuper tenemur & bona fide promittimus nos rex prædictus loco decem milium librarum redditualiũ, quas in prioribus conuentionibus factis, de quibus supra fit mentio: idem Delphinus retinuerat perpetuo super Delphinatu prædicto, videlicet castra, & in castris Quiriaci Crimiaci Sablomeriarum Balmæ, & quicquid habeat in insula charusij sancti Donati Bellegardæ Montisfortis Montisbourdi Montisfloriti Visiliæ Muræ Corui belli Montis vallis Putæ castillionis Salauchiæ Anisani Nyoms Miribelli, ac feudorum de Vinzobris Podij Hugonis Ruppis acute sancti Marcellini & sancti Mauricij, ad faciendum suam omnimodam voluntatem, ad finem vt dictus Delphinatus magis integer conseruetur, eidem Delphino tradere & assignare in senescalia belli cadri quattuor milia florenorum auri annui redditus, & perpetui ad faciendum suam omnimodam voluntatem, vltra duo milia & tercentum libras Vienneñ. quas supra retinuit & specificauit in Delphinatu prædicto pro quattuor milibus florenorum valoris annui, quibus mediantibus nos Delphinus prædictus renunciamus omnino retentioni dictorum decem milium librarum annui redditus, & castrorum villarum & locorum prædictorum, nobis cum eis & pro eis retendorum, de quibus superius & in primis conuentionibus est expressum, & omni iuri nobis competenti, & competituro virtute retentionis prædictæ ratis manentibus illis quæ forsan post dictam retentionem transtulerimus & alienauerimus, de præmissis seu aliis iuribus Delphinatus.

¶ Præterea vltra decem milia librarum annui redditus ad vitam quas idem Delphinus recipit in senescaliis belli cadri & rutheñ. ratione conuentionum priorum, de quibus supra fit mentio

mentio nos rex prædictus tenemur & promittimus bona fide eidem assignare in dictis senescaliis alia decem milia librarum redditus annui percipientes ab eo quandiu vitam dixerit in humanis: si verò assignatio decem milium librarum iam facta dicto Delphino plenaria non fuerit, volumus quod suppleantur integraliter in Ruthen. bellicadri seu carcassij senescaliis antedictis percipiendis per manus suas, vel thesaurariorum suorum, eo modo quo iam percipit assignata, actum est etiam inter nos & expresse ad inuicem concordatum, quod dictus Karolus filius noster & successores eiusdem debita dicti Delphini & prædecessorum suorum ac clamores & forefacta soluet & soluere tenebitur, & restitutionem facere malè ablatorum.

¶ Volumus tamen quod super his stetur cognitioni seu ordinationi executorum dicti Delphini vel quattuor ex ipsis ad satisfactionem faciendam debitorum dubiorum pauperibus personis & debitorum vel incertorum dicti Delphini ponentur in manibus executorum eiusdem, quolibet anno decem milia florenorum vsque ad perfectam solutionem huiusmodi debitorum.

¶ Verũ nos Humbertus Delphinus prædictus aduertentes quod dictus Karolus successor noster sine graui damno debita nostra clamores & forefacta ac prædecessorum nostrorum non posset ita celeriter sicut desideramus exsoluere, considerantes etiam grauia onera & innumerabilia quæ dicto domino regi occasione guerrarum suarum incumbunt, ipsumque releuare & dictum successorem nostrum exonerare nostréque saluti de celeri remedio prouidere quantum possumus, desiderabiliter cupientes volumus ordinamus & concedimus quod centum milia florenorum nobis per charissimum consanguineum nostrum ducem Borbonesij soluenda, vt prædictum est, executores nostri recipiant, prout idem dux simul & eodem contextu soluere promisit, si verò quod absit simul & eodem contextu soluere non posset absque sui graui dispendio nolentes pro hoc prædicta dimittere imperfecta, volumus concedimus & consentimus quod soluendo dictis nostris executoribus in apprehensione reali possessionis Delphinatus quinquaginta milia florenorum residua quinquaginta milia florenorum soluat & soluere teneatur ad quinquaginta annos immediatæ sequentes: videlicet anno quolibet decem milia, ita tamen quod de dictis quinquaginta milibus per dictos quinque annos soluendis dictis executoribus nostris, certam & realem assignationem & se-

curitatem idonea quæ sufficere debeat faciat & facere teneatur, ita quod aduenientibus terminis solutio absque impedimento, fiat anno quolibet de decem milibus florenorum, prout superius est expressum.

¶ Eo verò casu quo dictum matrimonium non fieret præfatus dominus rex dicta centũ milia florenorũ soluere teneatur,& debeat dictis executoribus nostris, videlicet in dicta apprehensione possessionis realis dicti Delphinatus quinquaginta milia. Cętera verò quinquaginta milia soluet ad quinque annos immediatæ sequentes, videlicet anno quolibet decem milia, & de hoc faciat & facere teneatur assignationem realem & securitatem, quibus fuimus contenti,& eo casu dos ex alio matrimonio dicti Karoli procedens ad vtilitatem dicti domini regis cedat insuper de viginti milibus florenis nobis soluendis in ipsa apprehensione possessionis dicti Delphinatus per dictum dominum nostrum regem pro prima solutione de summa aliorum centum milium florenorum, vt prædicitur volumus & consentimus quinque milia solui & tradri nostris executoribus antedictis. Cæterum volumus quod dicti executores nostri recipiant residua quaterviginti milia debita de dictis centum milibus in quattuor vltimis solutionibus superius designatis, ita tamen quod per dictas summas nonies viginti & quinque milium florenorum quæ ad manum nostram peruenire debeant nos recuperabimus à dicto domino rege per solutiones particulares, videlicet quolibet anno septem mille & quingentos florenos, donec de dictis nonies viginti & quinque milibus florenis fuerit nobis integre satisfactum.

¶ Præterea volumus & concedimus quod viginti milia librarum turoneñ. quarum iam partem percepimus, & residuum nobis ad vitam nostram debet assignari in regno,& soluantur & proueniant si necesse fuerit in manibus dictorum executorũ nostrorum per quinque annos futuros proximos, ita tamen quod post obitum nostrum dictæ quinque perceptiones viginti miliũ librarum turonensium, seu id quod de his perceptum esset per dictos executores nostros, de quibus constabit ꝑ līas quattuor ipsorum executorum in integrum soluantur & restituantur hæredib⁹ nostris, seu causam habituris à nobis in quos ordinauerimus per annuas solutiones & perceptionem viginti milium librarum turoñ. ita quod infra quinquennium proximum post dictum nostrum obitũ seu infrà tantũ tẽpus quãto percepissent dicti executores facta

fide:

fide de dictis solutionibus perceptis solutis & restitutio integralis, hoc addito quod dicti executores nostri de prædictis quibuscunque pecuniis ad eorum manus peruenturis vt supra.

¶ Primo satisfaciant creditoribus non habentibus assignationes certas à nobis vel prædecessoribus nostris de eorum creditis, & reliquis consequenter vlterius pro decem milibus florenorum, & in solutum eorum quæ debent poni in manibus executorum nostrorum pro debitis pauperum & in certis ac dubiis, vt supra scribitur, ex nunc tradi volumus & assignari & ex nunc tradimus & assignamus in manus executorum nostrorum omnes & singulos redditus exitus & prouentus totius bailliuiatus singulorum castrorum & locorum Briansonnesij & castellaniæ Bocau Oysentij exceptis redditibus nobis in dictis bailliuiatu & castellania Oysencij ad hæreditatem retentis superius declaratis, leuandos & percipiendos per dictos executores nostros vsque ad satisfactionem pl nariam prædictorum, promittimus etiam nos rex & dux prædicti curaturos & facturos cum effectu, quod idem Karolus prædictus filius noster homagia & recognitiones debitas faciat prælatis ecclesiis & capitulis, & seruabit & seruare promittet ipsis prælatis & patriæ nobilibus & aliis subditis eiusdem inuiolabiliter bonos vsus consuetudines libertates suas & priuilegia eisdem à dicto Delphino vel suis prædecessoribus tam ab antiquo quam de nouo concessa, secūdum continentiam eorumdem, ipsásque per suas litteras solenniter confirmabit donationes quoque per dictum Delphinum factas ecclesiis monasteriis & aliis locis secundum conuentiones primo habitas, confirmabitque omnia & singula: nos etiam tenore præsentium cōfirmamus, de doario autem seu dotalitio charissime consanguineæ nostræ Beatricis de Vngaria matris dicti Delphini duorum millium florenorum, volumus & concedimus dictā consanguineam nostram suum dotalicium prædictum percipere pacifice & quietæ ipsius vita durante, omni contradictione cessante, in locis ex rebus infrascriptis videlicet.

¶ Item in castellania Auallonis de frumento censuali centum sestaria valent ad rationem sestarium, de septem solidis & sex denariis triginta septem libras decem solidos. Item de auena

censuali sexaginta sestaria ad rationem sestarium de septem solidis & septem denariis triginta septem libras decem solidos. Item de auena censuali sexaginta sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis nouem denariis valent vndecim libras quinque solidos. Item de denariis censualibus triginta libras.

¶Item in castellania Bellecombe de frumento censuali quadraginta sestaria ad rationem sestarium de septem solidis valent quattuordecim libras. Item de auena censuali quadraginta sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis valent sex libras. Item de gallinis censualibus triginta valent quindecim solidos. Item de denariis censualibus decem libras.

¶Item in castellania Vorappij de frumento censuali decem sestaria ad rationem sestarium de decem solidis valent centum solidos. Item de auena censuali triginta sestaria ad rationem sestarium de quinque solidis valent septem libras decem solidos. Item de vino censuali decem sommatas ad rationem sommatam de quinque solidis valent quinquaginta solidos. Item de melle censuali, vnam sommatam valet decem solidos. Item de pipere censuali vnam libram valet duos solidos vndecim denarios. Item de gallinis censualib. sexdecim valent decem solidos. Item de pullis censualib. quadragintavalent decem solidos. Item de denariis censualibus triginta libras.

¶Item in castellania de Ysellis de frumento censuali octo sestaria ad rationem sestarium de septem solidis sex denariis valent sexaginta solidos. Item de siligine censuali triginta sestaria ad rationem sestarium de quinque solidis septem denariis valent octo libras septem solidos sex denarios. Item de auena censuali viginti septem sestaria ad rationem sestarium de tribus solidis nouem denariis, valent septuagintaquinque solidos. Item de gallinis censualib. sexaginta valent triginta solidos. Item de denariis censualibus nouem libras.

¶Item in castellania de Rippis de frumento censuali decem sestaria ad rationem sestarium de decem solidis sex denariis valent septem libras decem solidos. Item de siligine censuali viginti sex sestaria ad rationem sestarium de septem libras decem solidis sex denariis valent septem libras decem solidos. Item de auena cẽsuali viginti sestaria ad rationem sestarium de quinque solidis valent centum solidos. Item de nucleis censuali tres cimmas valent quindecim solidos. Item de gallinis censualibus

quinqua-

quinquaginta valent viginti quinque solidos. Item de pullis censualibus quadraginta valent decem solidos. Item de denariis censualibus quindecim libras.

¶ Item in castellania de Pineto de frumento censuali viginti quinque sestaria valent viginti quinque libras. Item de gallinis censualibus triginta valent quindecim solidos. Item de denariis censualibus sex libras.

¶ Item in castellania Belliuisus de Marcho de frumento censuali sexaginta sestaria ad rationem sestarium de viginti solidis valent sexaginta libras. item de gallinis censualibus quinquaginta valẽt viginti quinque solidos. Item de denariis censualib. viginti quinque libras.

¶ Item in castellania Alberippe de denariis censualib. decem libras.

¶ Item in castellania Turrispini de frumento censuali septuaginta quinque sestaria ad rationem sestarium de decem solidis valent triginta septem libras decem solidos. Item de siligine censuali septem sestaria ad rationem sestarium de septem solidis sex denariis valent quinquaginta duos solidos sex denarios. Item de auena censuali viginti sestaria ad rationem sestarium de quinque solidis valent centum solidos. item de vino censuali quindecim sommatas ad rationem sommatam de decem solidis valent septem libras decem solidos. Item de pullis censualib. sexaginta valẽt quindecim solidos. Item de denariis censualibus sex libras.

¶ Item in castellania sancti Andreæ de Briordo de frumento censuali octo sestaria ad rationem sestarium de decem solidis valent quattuor libras. Item de gallinis censualib. xv. valent septem solidis sex denarios. Item de denariis censualibus centuum solidos.

¶ Item in castellania sancti Saturnini de Nicheto de frumento censuali triginta sestaria ad rationem sestarium de septem solidis sex denariis valent octo libras quinque solidos. Item de denariis censualibus viginti libras.

¶ Item in castellania Burgondij de frumento censuali sexdecim sestaria ad rationem sestarium de octo solidis valent sex libras octo solidos. Item de auena censuali decem sestaria ad rationem sestarium de quattuor solidis valent xl. solidos. Item de denariis censualibus quindecim libras.

¶ Item in castellania sancti Laurentij de frumento censuali

triginta ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de ſeptem ſolidis ſex denariis valent quindecim libras quinque ſolidos. Item de ſiligine cenſuali ſex ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de quinque ſolidis octo denariis, valent triginta quattuor ſolidos. Item de auena cenſuali decem ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de tribus ſolidis nouem denarios valent triginta ſeptem ſolidos ſex denarios. Item de gallinis cenſualibus centum valent quinquaginta ſolidos. Item de pullis cenſuali xvj. valent quattuor ſolidos. Item de denariis cenſualibus triginta libras.

¶ Item in caſtellania de Lueis de frumento cenſuali xv. ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de decem ſolidis valent ſeptem libras decem ſolidos. Item de ſiligine cenſuali decem ſeſtaria ad rationem ſeſtarium de xvij. ſolidis vj. deñ. valent lxxv. ſolidos. Item de auena cēſuali xx. ſeſtaria ad rationē ſeſtariũ, de v. ſolid. valent centũ ſolid. Itē de vino cenſuali v. ſommatas ad rationē ſommatã de decē ſolidis valent l. ſolidos. Item de gallinis cenſualib. xl. valent xx. ſolidos. Item de pollatis cenſualibus octo valent duos ſolidos. Item de denariis cenſualibus decem libras. Et ſic eſt ſumma omnium ſupradictarum ſummarum quingentarum quadragintaquinque librarum octo ſolidorum vndecim denariorum redditualium groſſo turoñ. argenti pro decem ſeptem denar. computatis, valent augmentando de quarta parte per valore octingeñ. duos floreñ. auri & vnum groſſum turoñ. argenti cum dimidio.

¶ Item in caſtellania Viſiliæ computando ſeſtarium frumenti ad rationem de ſex groſſis ſeſtarium leguminis quattuor groſſi cum dimidio, ſeſtarium ſiliginis quattuor groſſi, ſeſtarium auenæ tribus groſſis in valore annuo centum florenos auri & tres groſſos turonenſ. argenti.

¶ Item in caſtellania Oyſentij tam in bladis quam in denariis computato ſeſtario ſiliginis quattuor groſſis, ſeſtar. ordei: & auenæ duobus groſſis cum dimidio tercentos xl. octo florenos auri & tres groſſos turon. argenti.

¶ Item in caſtellania Curuilionis in Triuiis ad rationem ſeſtarium frumenti de quinque groſſis ſeſtarium auenæ de duobus groſſis dimidium ſeſtarium vini de duobus groſſis cum dimidio & in denariis quater viginti florenis auri.

¶ Item in caſtellania de Mura tam in bladis quàm denariis ad rationem ſeſtarium frumenti de ſex groſſis, ſeſtarium ſiliginis de quattuor groſſis cum dimidio, & ſeſtarium auenæ de tribus groſſis

groſſis & libram cere de duobus groſſis ducentos florenos auri.

¶ Item in caſtellania Bellimontis ad rationem ſeſtarium frumenti de ſex groſſis ſeſtarium leguminis & ſiliginis de quattuor groſſis, dimidium ſeſtarium auenæ de tribus groſſis, ſeſtarium ſalis duodecim groſſis triginta duos florenos auri vnum groſſum turoñ. argenti cum dimidio.

¶ Item in caſtellania Corni in bladis & denariis ad rationem ſeſtarium frumenti de ſex groſſis ſeſtarium ſiliginis de quattuor groſſis cum dimidio, ſeſtarium auenæ de tribus groſſis, ſeſtarium vini de tribus groſſis, ſeſtarium ſalis de duodecim groſſis quater viginti quattuordecim florenis auri & nouem groſſos turonenſes argenti.

¶ Item in caſtellania Curuillionis in Grayſiuodano ad rationem ſeſtarium frumenti de ſex groſſis, ſeſtarium auenæ de tribus groſſis, ſeſtarium vini de tribus groſſis octo viginti decem octo floreñ. auri & decem groſſos turoñ. argenti.

¶ Item in caſtellania Montisbordi ad rationem ſeſtarium frumenti de ſex groſſis: ſeſtarium vini de tribus groſſis, ſeſtarium ordei & auenæ de tribus groſſis ſeptem viginti florenos auri & tres groſſos turonenſes argenti. Summa huius valoris annui mille centum viginti nouem florenos auri & ſeptem groſſos turonenſis argenti cum dimidio, & eſt ſumma vniuerſalis omnium prædictorum pro dicta conſanguinea noſtra matre dicti Delphini retentorum reductis redditibus ad valorem annuum duorum milium floreñ. auri, & abſque eo quod dictus Karolus vel alius pro ipſo ipſam in dicto dotalicio in iuriſdictione vel aliàs impediat quomodolibet vel moleſtet quæ omnia & ſingula premiſſa nos Rex Ioannes Dux & Delphinus Humbertus tactis corporaliter euangeliis ſacroſanctis, promittimus & iuramus quatenus quemlibet noſtrũ tangit ſolenni ſtipulatione inuicem adhibita, tenere adimplere inuiolabiliter obſeruare, & in nullo contrauenire venientibus contra præſtare auxilium, nec aſſenſum ſub quouis colore quacũque occaſione vel cauſa clam vel palam tacitè vel expreſſe, directe vel per obliquum: renunciantes omni deceptioni actioni & exceptioni & omni iuris ſolennitati obmiſſę, & quod non poſſumus exponere aliud ſcriptum quam actum cuicunque diſpenſationi vel priuilegio impetrato, vel impoſterum impetrando, & auxilio iuris ſcripti vſus vel conſuetudinis, per quem vel

quas præmissa possent infringi in toto vel in parte, qua renunciatione ligari volumus, acsi singula etiam maiora essent specialiter declarata.

¶ Promittimus etiam nos rex & dux prædicti, nos aliter facturos & curaturos, quòd idem Karolus filius noster iurabit ad sancta Dei euangelia, prædicta seruare & implere quatenus ipsum tangere potest: & in nullo contrauenire in futurum, intentionis tamen nostræ existit quod si forsan præsentes donationes translationes conuentiones & alia suprascripta propter aliquod impedimentum iuris vel facti, non possent suum sortiri effectum, quod absit, conuentiones antea habitæ inter nos præsertim, per quas in dictum Ioannem ducem dictum Delphinatum & alias terras transtulimus sub certis conditionibus & modis sine nouatione aliqua in suo robore, permaneant inconcussæ, quodque in casu in quo præsentes suum effectum completum haberent, aliæ prædictæ conuentiones in suo robore permaneant sine aliqua nouatione in aliis in quibus per præsentes non est in eis derogatum expresse.

¶ Volumus etiam & ordinamus nos Rex & Dux & Delphinus prædicti communi consensu quòd cancellarius iudex maior appellationum Delphinalis & cæteri quicunque consiliarij ac familiares domestici nostri Delphini prædicti quos duxerimus nominandos in eodem statu & gradu, in quo sunt nobiscum, sint & remaneant quamdiu vixerimus, & legaliter se habuerint cum dicto Karolo filio nostro quam cito possessionem apprehenderit Delphinatus. & quod etiam dictus Karolus habeat & recipiat in socios secum illos de baronibus Delphiñ. quos nos dictus Delphinus duxerimus nominandos.

¶ Volumus etiam quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus de Villars archiepiscopus & comes Lugduñ. sit & maneat cum plenaria potestate, sicut aliàs eidem concessimus. Nos dictus Delphinus vicarius quamdiu vixerit Delphinatus: protestantes nos Delphinus prædictus solemniter & expressæ quòd nisi omnia & singula prædicta nobis completa & attenta fuerint integraliter & perfectæ per dictos dominos nostros regem & ducem quo ad ea quæ per eos cõplenda & attendenda sunt, hinc ad festũ dedicationis beati Michaelis ꝓxime futurũ præsentes cõuẽtiones nullius sint extũc efficaciæ valoris, nec nos simus propter eas ligati quomo-

quomodolibet vel astricti, aliis verò præcedentibus conuenientibus inter nos & dictos dominos nostros Regem & Ducem initis, in earum pleno robore, nihilominus permansuris. Et nos Rex & Dux præfati consentimus protestationi prædictæ: quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, nostra præsentibus litteris fecimus apponi sigilla. Datum Romanis penultima die martij, Anno natiuitatis domini millesimo tercentesimo quadragesimo nono, secundum morem patriæ Delphinalis. Nos autem Rex & Delphinus prædictus suprascriptas litteras ac omnia & singula in eisdem contenta rata grata habentes, ea volumus laudamus approbamus, & ex certa scientia auctoritate Regia & Delphinali, & de gratia speciali tenore præsentium confirmamus, præcipientes & mandantes gubernatori nostro cæterisque iusticiariis & officiariis dicti nostri Delphinatus, quatenus omnia vniuersa & singula in suprascriptis litteris contenta, teneant custodiant firmiter & obseruent, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret in futurum nostrum sigillum prædicti nostri Delphinatus, præsentibus litteris, fecimus apponi nostro in aliis & alieno in omnibus iure saluo. Datum Parisius mense Augusti, Anno Domini, Millesimo tercentesimo sexagesimo septimo : & regni nostri quarto.

¶ Quasquidem litteras infrascriptas ac omnia & singula in eisdem contenta ratas habentes, atque gratas : eas & ea volumus laudamus approbamus & ratificamus, & auctoritate nostra ac speciali gratia tenore præsentium confirmamus, mandantes dilectis & fidelibus gubernatori thesaurario bailliuis procuratoribus castellanis cæterisque iusticiariis & officiariis nostris dicti Delphinatus, præsentibus & futuris, & eorum locatenentes & cuilibet ipsorum prout ad eum pertinuerit, quatenus omnia & singularia in prædictis litteris contentæ obseruent, & obseruari faciant de puncto ad punctum, ac omnes prælatos barones banneretos proceres nobiles & communitates, & cæteros nostros subditos Delphinales nostra præsenti gratia & confirmatione, vti & gaudere faciant, & permittant pacifice & quiete ipsos aut eorum aliquem in contrarium de cætero nullatenus molestando, quod vt firmum & stabile perseueret in futurum nostrum sigillum Delphinatu præsentibus litteris duximus apponendum, nostro in aliis

&c alieno in omnibus iure saluo. Datum Parisius mensæ Aprilis post pascha. Anno domini, M.ccc.octuagesimoprimo, regni verò nostri primo.

Per regem Delphiñ. ad relationem domini ducis Bourgondiæ &c consilij. Manlone.

¶ Quod dominus gubernator Delphinatus possit quietare & remittere de condemnationibus & mulctis prout in sequentis litteris continetur.

Karolus Dei gratia Francorum rex Delphinus Vienneñ. dilecto & fideli consiliario nostro gubernatori nostri Delphinatus aut eius locum teneñ. salutem & dilectionem: dilecti & fideles subditi nostri dicti Delphinatus nobis grauiter sunt conquesti, Quod licet tam nos quam prædecessores nostri quam etiam ipsorum & nostri locumtenentes &c gubernatores dicti nostri Delphinatus, consueuerunt dare quietare & remittere personis condemnatis aut mulctatis prout eis videbitur, attentis tamen consideratis personis mulctatis & condemnatis & facultatibus ipsarum ac meritis siue causis, pro quibus condemnati extiterint mulctati, necnon dilationes dare terminum vel respectum ipsis condemnatis & mulctatis: & hoc tanto tempore quod de contrario hominum memoria non extiterit, nihilominus vobis per certas litteras à nobis emanatas fuit inhibitum, ne aliquibus seu alicui dicti nostri Delphinatus cuiuscunque status aut conditionis existant aliquid detis quietetis vel remittatis, nec ipsis aut eorum alicui terminum concedatis dilationem vel respectum de hoc in quo nobis tenentur vel in futurum tenebuntur pro sententia & condemnatione iudici, vel aliàs quoquomodo, necnō quod cōpellatis omnes castellanos & alios qui nobis tenentur reddere computum & legitimam rationem magistro adechanteprimæ thesaurario nostro Delphi. de his in quibus nobis tenentur, quamuis dicti nostri castellani & alij nobis debentibus temporibus retroactis coram auditoribus computorum cameræ nostræ Delphinatus consueuerint computare, quæ omnia cedunt in grandæ damnum præiudicium & grauamen subditorum nostrorum prædictorum, sicut dicunt. Quocirca petierunt & humiliter supplicauerunt per nos sibi prouideri de remedio opportuno.

¶ Nos igitur indemnitati eorum prouidere volentes vt conuenit & ipsis prosequi gratia & fauore vobis dicti gubernatori licentiam

centiam & plenam potestatem concedimus per præsentes quibuscunque personis mulctatis vel condemnatis, remittendi dandi & quietandi ac gratiam faciendi, vocatis tamen vobiscum auditoribus computorum cameræ nostræ Delphinalis, prout vobis & eis videbitur faciendum. Prouiso tamen quod de bonis domanij nostri nihil dare quietare vel remittere vos possitis, necnon & dilationes dare terminum vel respectum personis condemnatis vel mulctatis, ac etiam aliis qui nobis tenentur vel in futurum tenebuntur ex causis prædictis quoquomodo.

¶Præcipientes insuper vobis gubernatori prædicto quatenus castellanos & alios quoscunque nobis debentes coram dictis auditoribus nostri Delphinatus, faciatis & compellatis computare prout aliis temporibus retroactis est in dicto nostro Delphinatu fieri consuetum dictis litteris à nobis emanatis, & aliis non obstantibus quibuscũque, quoniam hoc sic fieri voluimus, & eis concessimus ex nostra certa scientia & gratia speciali. datum Parisius die vicesima septima mensis martij. Anno domini Millesimo tercentesimo sexagesimoseptmo. Et regni nostro quarto.

¶Per regem Delphinum in suo consilio.

Ehone.

¶Quod tollatur appositio manus Delphinalis apposita in bonis donatis de domanio Delphinali per dominum Humbertum Delphinum.

KArolus Dei gratia Francorum rex Delphinus Viennen͂. dilecto & fideli consiliario nostro gubernatori dicti nostri Delphinatus aut eius locumtenen͂. salutẽ & dilectionem: pro parte dilectorum fidelium & subditorum nostrorum Delphinaliũ tã prælatorũ quã nobiliũ & immobiliũ nobis significatũ extitit, cũ q̃rela ꝙ vos gubernator dicti nostri Delphinatus omnia domania Delphinalia alienata per recolendæ memoriæ Guigonẽ Humbertũ fratres Delphi. Viennen͂. prædecessores nostros, ad manus n͞ras Delphin. posuistis & reduxistis virtute quarundã litterarũ à curia n͞ra regia emanatarum, & vobis directarum veniendo, sicut dicunt, contra pactiones conuentiones libertates priuilegia ac modos & formas quibus dict⁹ n͞r Delphinatus in nos fuit translatus ac etiã transportatus, propter q̃ nobis humiliter supplicauerũt, quatenus dictam manum in dictis bonis alienatis appositam tollere & amouere dignaremur, & sibi dicta bona reddere & restituere,

& ipsos in possessione ipsorum reducere & reintegrare cum effectu. Nos igitur volentes indemnitati ipsorum prouidere, & ipsos prosequi gratia & fauore vobis gubernatori prædicto præcipimus & mandamus districtius iniungentis, quatenus manum nostram in bonis per dictum Guigonem alienatis appositam. Tollatis & ammoueatis, quam nos etiam tenore præsentium tollimus & ammouemus: & ipsa bona dictis nostris subditis reddatis & restituatis, & ipsos in possessionem dictorum bonorum, reducatis & reintegretis cessante difficultate quacunque, quoniam hoc sic fieri voluimus & eis concessimus ex nostra certa scientia & gratia speciali, vobis etiam præcipimus & mandamus, quatenus de omnibus domaniis Delphinatus alienatis per dictum Humbertum Delphinum Viennensem prædecessorem nostrum titulo, & ex causa permutationis seu excambij, ac etiam de omnibus per ipsum Humbertum datis & traditis dictis nostris subditis in recompensationem eorum quæ dicti nostri subditi recognouerunt se tenere in feudum à dicto Humberto predecessore nostro, quæ antea allodialia existebant, & à nemine tenebantur, dictam manum nostram in dictis bonis appositam tollatis & leuetis, & dictos nostros subditos eisdem bonis vti & gaudere faciatis & permittatis pacifice & quiete: prouiso tamen in vtroque casu, quod si reperiretis dictum Humbertum fuisse lesum enormiter, in quolibet casuum prædictorum, vel altero eorundem, quod illa quæ data fuisset & tradita per dictum Humbertum, reperiretis dictis nostris subditis, aut alteri ipsorum ex causa dictæ permutationis, seu excambij, vel etiam in recompensationem eorum qui recognouerunt se tenere in feudum à dicto Humberto, quæ allodialia existebant si vobis videatur esse expediens, & nobis fore vtile retineatis, & ad manum nostram reducatis in domanio nostro, seu errario applicetis & incorporetis, & bona per dictos nostros subditos vel alterum ipsorum dicto Humberto, data & tradita, & per ipsum capta & habita, ipsis nostris subditis reddatis & restituatis, omni mora & dilatione procul pulsis & remotis; in casu vero quo dictum Humbertum Delphinum in prædictis duobus casibus non fuisse læsum enormiter, inueniretis dicta bona dictis nostris subditis data & tradita per ipsum Humbertum Delphinum, ex causis suprascriptis reddatis tradatis & restituatis, & manum nostram Delphiñ. in ipsis bonis appositam tollatis & amoueatis, cessante difficultate quacunque, quam nos in dicto casu tollimus tenore præ-

præſentium,& etiam amouemus,in aliis verò domaniis dicti noſtri Delphinatus & per dictum Humbertum præterquam in dictis duobus caſibus alienatis ordinationem noſtram ſuper reuocationibus domaniorum noſtrorum æditam teneatis & obſeruetis,donec aliud à nobis ſuper hoc receperitis in mandatis. Datum Pariſius, xxvij. die martij. Anno domini milleſimo ccc. lxvij. regni noſtri quarto.

Per regem Delphinum in ſuo conſilio.

I. Lochiæ.

¶ *Quod pareatur regiis & Delphin. litteris non obſtan. quod non fuerint per gentes cameræ computorum Pariſius verificatæ.*

Karolus Dei gratia Francorum Rex Delphinus Vienn̄. vniuerſis & ſingulis præſentibus & futuris ſalutem: pro parte fidelium ſubditorum noſtrorum Delphinalium clamor auribus noſtris peruenit,quod quāquam ipſorū ſubditorū nonnulli pluries litteras à nobis obtinuerint ſanas integras,& noſtri ſigilli munimine magni Delphin̄. roboratas, certa mandata & gratiarum largitiones continentes, quod gubernator & alij officiales noſtri Delphinatus prædicti ipſas litteras executionibus debitis mandare & eis parere differunt & recuſant occaſionibus ſumptis,quia non ſunt examinatæ nec verificatæ per gentes cameræ noſtræ computorum Pariſius ſeu expeditæ, quod cædit in grandæ damnum & grauæ diſpendium ipſorum impetrantium , & conſummationem non modicam , prout dicunt, quia locorum attenta diſtantia ad nos faciliter recurrere non valent ſine perſonarum & bonorum ſuorum conſumptione grauoſa pro ſuis grauaminibus exponendis. Vnde dictis ſupplicantibus ſuper his prouidere volentes de remedio gratioſo attenta locorum Delphinalium diſtantia , & quod ipſis ſubditis difficile foret poſt obtentas litteras niſi exequerētur ad nos redire. De gratia ſpeciali ſeriæ præſentium duximus concedendum quod litteræ quæcunque à nobis per quoſcunque ſubditorū noſtrorū obtinēdæ,ſeu noſtris ſucceſſoribus in Delphinatu alienationē domanij noſtri aut donū nō cōcernētes noſtro magno ſigillo Delphinali ſigillatæ,ſiue ſint dationes officiorum vel cōceſſiones vadiorum,ſiue de iuſticia exequantur,et executioni debitæ demandantur,& eis pareri volumus & iubemus,ceſſante dif-

L

ficultate quacunque, non obstante quod per dictam cameram computorum Parisius non sint verificatæ seu expeditæ, prouiso tamen quod litteræ quæ per cameram computorum Parisius transire consueuerunt, quæ non sunt de iustitia per auditores computorum nostrorum Delphinalium verificentur, mandantes insuper gubernatori & cæteris nostris officiariis & gubernatoribus dicti nostri Delphinatus præsentibus & futuris, & eorum cuilibet districtius iniungentes, quatenus litteris quibuscunque à nobis seu nostris obtentis, modo prædicto pareant efficaciter & intendant, & ipsas executionibus debitis demandare faciant cum effectu, iuxta ipsarum series continentias & tenores, non est tamen intentionis nostræ quod si nos in terra Delphinali personaliter esse & litteras quascunque ibi concedere contingeret sine alienatione domanij nostri, siue donum concernerent, quod ille litteræ per gentes computorum nostrorum Parisius examinarentur, & per residentes in computis nostris Delphinalibus supradictis, duntaxat verificentur ordinationibus seu mandatis in contrarium factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, sigillum nostrum dicti Delphinatus nostri promptibus duximus apponendum. Datum Parisius die vicesima ij, mensis Augusti. Anno domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, & regni nostri quarto.

Per regem Delphinum in suo consilio.

Henrileti.

¶ *Quod non detineantur subditi Delphin. pro debitis fiscalibus non descendentibus ex maleficio vel quasi.*

¶ Karolus Dei gratia Francorum rex Delphinus Viennen. notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris nos litteras inclitæ recordationis carissimi domini & genitoris nostri vidisse formam quæ sequitur continen.

¶ Karolus Dei gratia Francorum rex Delphinus Viennen. vniuersis præsentes litteras inspecturis notum fieri volumus, Quod audito clamore valido fidelium nostrorũ subiectorum Delphinaliũ continen. quod ipsi subditi per thesaurariũ & alios officiarios nostros Delphinales, enormiter grauabantur, pro eo q̃ pro debitis nostris fiscalibus soluẽdis quãquã bona sufficiẽtia pro ipsorũ solutione haberẽt, personaliter detinebãtur & arrestabantur, ex quibus subditi in immensuum erant grauati, vt dicebãt. Nos attẽtis gratis seruitiis nobis per eos impensis, & q̃ tales personales detẽtiones astantibus

aſtantibus bonis de iure prohibentur, ex noſtra certa ſciéntia & de gratia ſpeciali volumus & per præſentes concedimus, quod ſubditi noſtri Delphiñ. prædicti ſucceſſoreſque ſui pro debitis fiſcalibus quibuſcunque ex maleficio, vel quaſi non deſcendentibus in caſu quo bona aut fideiuſſores ydoneos habuerint, in quibus ſeu quorum bonis executio prompta vſque ad valorem debitæ fieri poſſit, perſonaliter detineri capi vel arreſtari, ſeu pæna de arreſto tenendo aut certa die ſoluendo eis imponi non poſſint, quouiſmodo per quoſcunque à nobis ſeu nomine noſtro poteſtatem obtinentes.

¶ Mandantes gubernatori noſtro & cæteris ad Regimen vniuerſale dicti noſtri Delphinatus prouenturis, quatenus prædicta omnia dictis noſtris ſubditis & eorum ſucceſſoribus obſeruari faciant, & ipſum theſaurarium & officiales ad ea tenendum & obſeruandum compellant iuris remediis opportunis, ceſſañ. difficultate quacunque, ordinationibus ſeu mandatis in contrarium factis vel fiendis, nonobſtantibus quibuſcunque, quod vt firmum & ſtabile perpetuo perſeueret, ſigillum noſtrum dicti Delphinatus prę-ſentibus duximus apponendum. Datum Pariſius die viceſima ſecunda menſis auguſti. Anno domini M.ccc. ſexageſimoſeptimo, & regni noſtri quarto.

¶ Quaſquidem litteras & omnia & ſingula in eis contenta ratas & gratas habentes, eas & ea volumus laudamus approbamus, & tenore præſentium de gratia ſpeciali confirmamus: quod vt firmũ & ſtabile perpetuo perſeueret ſigillum noſtrum Delphinatus præſentibus litteris duximus apponendum, noſtro in aliis & alieno in omnibus iure ſaluo. Datum Pariſius menſæ aprilis poſt paſcha, Anno domini milleſimo ccc. octuageſimoprimo, & regni noſtro primo.

Per Regem Delphinum ad relationem domini ducis Sabaudiæ, & aliorum conſilij.

Manlone.

¶ Quod litieræ regiæ Delphinales exequantur ſiue ſint dationis officiorum vel conceſſionis vadiorum ſiue de iuſticia alienationem domanij Delphini aut donum non concernentes.

¶ Karolus Dei gratia Francorum rex & Delphinus Viennen. notum facimus vniuerſis tam præſentibus quam futuris, nos litteras inclitę recordationis cariſſimi domini & genitoris noſtri vidiſſe formam quæ ſequitur continentem.

¶ Karolus Dei gratia Francorum Rex Delphinus Vienneñ. vniuersis & singulis præsentibus & futuris salutem: pro parte subditorum nostrorum fidelium Delphinalium clamor auribus nostris intonuit & peruenit, quod quamquam ipsorum subditorum nonnulli plures litteras à nobis obtinuerint sanas integras, & nostri sigilli munimine magni Delphin. roboratas, certa mandata & gratiarum largitiones contineñ. quod gubernator & alij officiales nostri Delphinatus prædicti ipsas litteras executionibus debitis mandare & eis parere differunt & recusant, occasionibus sumptis quod non sunt examinatæ & verificatæ per gentes cameræ nostræ computorum Parisius, seu expeditæ, quod cedit in grandæ damnum & grauæ dispendium ipsorum impetrantium & consummationem non modicam, prout dicunt, quia locorum attenta distantia ad nos recurrere faciliter non valent sine personarum & bonorum suorum consumptione grauosa pro suis grauaminibus exponendis: vnde dictis supplicantibus super his prouidere volentes de remedio gratioso attenta locorum Delphinalium distantia, & quod ipsis subditis difficile foret post obtentas litteras nisi exequerentur ad nos redire, de gratia speciali seriæ præsentium duximus concedendum quod litteræ quæcunque à nobis per quoscunque subditorum nostrorum obtinendæ seu nostris successoribus in Delphinatu alienationem domanij nostri aut donum non concernentes, nostro magno sigillo Delphinali sigillatæ, siue sint dationis officiorum vel concessionis vadiorum siue de iustitia exequantur, & executioni debitæ demandentur, & eis pareri volumus & iubemus cessante difficultate quacunque, non obstante, quod per dictam cameram computorum Parisius non sint verificatæ seu expeditæ, prouisio tamen quod litteræ quæ per cameram computorum Parisius transire consueuerunt, quę non sint de iustitia per auditores computorum nostrorum Delphinalium verificentur. Mandantes insuper gubernatori & cæteris nostris officiariis & gubernatoribus dicti nostri Delphinatus, præsentibus & eorum cuilibet districtius iniungentes, quatenus litteris quibuscunque à nobis seu nostris obtentis modo prædicto pareant efficaciter & intendant, & ipsas executionibus debitis demandari faciant cum effectu, iuxta ipsarum series continentias & tenores: non est tamen intentionis nostræ quod si nos in terra Delphinali personaliter esse, & litteras quascunque ibi concedere contingeret

contingeret siue alienationem domanij nostri siue donum concernerent, quod illæ litteræ per gentes computorum nostrorum Parisius examinarentur: sed per residen. in computis nostris Delphinalibus supradictis dumtaxat verificarentur ordinationibus seu mandatis in contrarium factis vel faciendis, nonobstantibus quibuscunque, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret sigillum nostrum dicti Delphinatus præsentibus litteris duximus apponendum. Datum Parisius die xxij. mensis augusti, Anno domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, & regni nostri quarto.

¶ Quasquidem litteras suprascriptas ac omnia & singula in eisdem contenta ratas gratas habentes eas, & ea volumus laudamus & approbamus, & tenore præsentium de speciali gratia confirmamus, madantes dilectis & fidelibus gubernatori thesaurario receptori generali cæterísque iusticiariis & officiariis nostris dicti Delphinatus præsentibus & futuris, vel eorum locaten. & cuilibet ipsorum prout ad eum pertinuerit, quatenus dictos subditos Delphin. nostros & eorum quemlibet littera præsenti gratia & confirmatione vti & gaudere pacifice faciant & permittant, absque impedimento quocunque, ordinationibus & inhibitionibus seu mandatis in contrarium factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, nostrum sigillum dicti Delphinatus præsentibus litteris duximus apponendum, nostro in aliis & alieno in omnibus iure saluo. Datum Parisius mensæ apprilis post pascha, Anno domini millesimo tercentesimo octogesimo primo, & regni nostri primo.

Per regem Delphinum ad relationem domini ducis bourgondiæ, & aliorum consilij.

Manlone.

¶ *Quod non fiant sequestrationes nec bona subditorum ponantur ad manus Delphinales in casibus à iure permissis.*

Karolus Dei gratia Francorum rex Delphinus Viennen. notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris nos litteras inclytæ recordationis charissimi domini & genitoris nostri vidisse formam quæ sequitur continentes.

Karolus Dei gratia Francorum rex Delphinus Viennen. vniuersis notum fieri volumus quod petitio fidelium subiectorũ nostrorum

Delphinalium, nuper pro parte ipsorum exhibita auribus nostris insonuit quærelosa, quod à temporibus quibus Delphinatus ad nos peruenit subditi nostri prædicti plura damna fuerunt passi & sustenti & omni die sustinebant & patiebantur, ex eo quod gubernator thesaurarius bailliui iudices procuratores commissarij castellani & cæteri nostri officiales Delphinales aut eorum locateneñ. ipsis subditis non vocatis, nec in eorum iuribus auditis de facto bona ipsorum subditorum per manus appositionem sequestrationem seu saisinam capiebant, occupabant ipsos expoliando à possessione seu tenuta ipsorum: deinde fructus bonorum per se vel deputatos ab eis capiebāt quandoque in nostros interdū in suos vsus conuertendo bonis dimissis incultis, licet pluries requisiti de impedimentis tollendis cautione oblata de stando iuri & etiā per litteras & mandata nostra, super quibus aduocatus & procuratores nostri se opponentes, ipsos subditos bonis denudatos diuersis occasionibus sumptis cum longa protelatione litigare compellant, & in tantum laboribus & expensis impetrantes fatigarent, quod interdum propter impotentiam lite indiscussa bona ipsorum remanebant sequestrata, & interdum per viam compositionis dare pecuniam indebitæ compellentes contra bonos vsus & consuetudines patriæ diutius obseruatos, ac iura & iustitiam quibus cauetur quod nullus est sine causæ cognitione sua possessione priuandus, & etiam contra libertates & franchesias concessas eisdem in quibus cauetur quod pro quacunque occupatione iurium nostrorum facta vel facienda contra subditos nostros per viam inquestæ vel alias non procedatur, nisi via ordinaria duntaxat quæ cedūt in grādæ præiudiciū & grauamen dictorū nostrorū subditorum læsionem non modicam, sicut dicunt; vnde petebant super his de remedio prouideri opportuno: nos enim attentis gratis seruitiis & obsequiis nobis tam in guerris quam aliis impensis & fidelitate indubitata, quam erga nos habere noscuntur pro nobis & successoribus nostris, ex certa scientia & de gratia speciali volumus & ipsis subditis pro se & suis concedimus tenore præsentium, quod manus appositio saisina vel sequestratio in bonis dictorum nostrorum subditorum seu suorum successorum per nos vel locumteneñ. seu officiales nostros quoscunque, præsentes aut futuros, in casibus ciuilibus fieri non possit nec debeat quouismodo nisi in casibus à iure expressatis, in casibus verò criminalibus & in debitis fiscalibus procedatur prout est de iure & ratio-

ne:

ne faciendum, & si qua in contrarium fieri contingat seu etiam attentari illa reuocari, & ad statum debitum reduci, volumus & iubemus indilatæ ratis semper manentibus libertatibus supradictis, mandantes insuper & tenore præsentium districtius iniungentes gubernatoribus locumteneñ. & quibuscunque ad vniuersale regimen dicti nostri Delphinatus prouentibus bailliuiis iudicibus procuratoribus commissariis castellanis & officialibus nostris Delphiñ. præsentibus & futuris, vel eorum locatenen. quatenus prædicta omnia per nos concessa dictis nostris subditis obseruent & inuiolabiliter custodiant perpetuo, atque successores eorum; & si quæ in contrarium attentare contigerit illa, ad statum debitum reducant cessante difficultate quacunque; quoniam ea sic fieri volumus & dictis nostris subditis concessimus de gratia qua supra ordinationibus seu mandatis incontrarium factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, nostri sigilli Delphinalis minimè fecimus appensione muniri. datum Parisius die xxij. mensis augusti. Anno domini Millesimo tercẽtesimo sexagesimoseptimo. Et regni nr̃i quarto.

¶ Quasquidem litteras omnia & singula in eisdem contenta ratas & gratas habentes, eas & ea volumus laudamus approbamus, & tenore præsentium de gratia speciali confirmamus, mandantes & præcipientes dilecto & fideli gubernatori cæterísque iusticiariis & officiariis dicti nostri Delphinatus præsentibus & futuris vel eorum locateneñ. & cuilibet ipsorum prout ad eum pertinuerit, quatenus prædictos nostros Delphinales, nostra præsenti gratia & confirmatione vti & gaudere faciant & permittant sine contradictione seu impedimento quocunque: quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, nostrum Delphinatus sigillum præsentibus litteris duximus apponendum, nostro in aliis & alieno in omnibus iure saluo. datum Parisius mensæ Aprilis post pascha. Anno domini Millesimo tercentesimo octogesimoprimo, & regni nostri primo.

¶ Per regẽ Delphi. ad relationẽ dñi ducis Bourgõdię & aliorũ cõsilij

Manlone.

¶ *Quod bailliui iudices procuratores & alij officiarij iurent libertates in manibus nominatorum in litteris.*

KArolus Dei gratia Francorum Rex Delphinus Viennen. notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris nos litteras inclytæ recordationis charissimi domini &

genitoris nostri vidisse formam quæ sequitur continentes.

¶ Karolus Dei gratia Francorum Rex Delphinus Viennen. vniuersis gestorum noticiam fieri volumus, quod visis libertatibus olim datis & concessis per felicis recordationis Humbertum Delphinum Viennen. & paulopost confirmatas per nos communitatibus & gentibus quibuscunque nostri Delphiñ. quibus inter alia in eis contenta cauetur, quod bailliui iudices procuratores & castellani adeptionem possessionis suorum officiorum iurare teneantur dictas libertates & franchesias seruare & custodire, prout in instrumentis inde confectis continetur, attendentes quod de facili vniuersitas non congregatur in vnum, præfatis subditis nostris concedimus & volumus per præsentes quod reuerendus in Christo Abbas monasterij Bonarum Vallium & venerabiles religiosi prior costæ sancti Andreę, Bailliuiorum iudicum procuratorum & castellanorum iudicaturæ Viennesij & Terreturris pręceptor sancti Pauli & prior sancti Donati, constituendorum in Viennesio & Valentinesio, priores verò sanctorum Roberti & Martini de Miseriaco in Graysiuodano præpositus Vlcieñ. & curatus Briançoñ. constituendorum in Briañ. Abbas Bostondonis & decanus Ebreduñ. constituendorum in Ebreduneysio priores de grandis & sancti Andreę in Rosanesio constituendorum in Vapincesio comitatus & priores medulioñ. & de monte Bruno constituendis in baroniarum iudicaturis, vel alter, eorum iuramenta prædicta pro & nominibus gentium bailliuiatus iudicaturę procuratoris aut castellaniæ, cuius regimini præerunt, & quilibet in solidum & cæterorum, quorum etiam intererit nominibus, possint & valeant & debeant petere exigere & recipere, prout ea facere tenentur, iuxta & secundum tenorem dictarum libertatum, dantes igitur & tenore præsentium concedentes præfatis abbati præposito præceptori prioribus & curato, qui nunc sunt & pro tempore fuerunt, & cuilibet ipsorum in solidum prout in iudicaturis subsunt auctoritatem plenariam & omnimodam potestatem petendi exigendi & recipiendi à bailliuis iudicibus procuratoribus & castellanis dantes in mandatis, quatenus cum requisiti fuerint per alterum eorundem in principio sui regiminis, sua iuramenta solita faciant & pręstent in manibus requirentis, prout in libertatibus continetur fideli nostro gubernatori Delphinus, pręsenti & futuro, dantes in mandatis quatenus eos & eorum singulos ad prædicta facienda compellat pro conseruatione dictarum

libertatum

libertatum cessante difficultate quacunque, quoniam sic fieri volumus & iubemus, ordinationibus seu mandatis in contrarium factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret sigillum nostrum Delphinum præsentibus & eorum testimonium duximus apponendum. Datum Parisius die vicesima secunda mensis Augusti, Anno domini Millesimo tercentesimo sexagesimoseptimo, & Regni nostri quarto.

¶ Quasquidem litteras & omnia & singula in eisdem contenta rata & grata habentes eas & ea volumus laudamus approbamus, & tenore præsentium de gratia speciali confirmamus, mandantes dilecto & fideli gubernatori dicti nostri Delphinatus, cæterisque iusticiariis & officiariis nostris in prædictis litteris nominatis præsentibus & futuris, & eorum quilibet, prout ad eum pertinuerit, quatenus communitates vniuersitates & gentes quibuscunque dicti Delphiñ. nostra præsenti gratia & confirmatione vti & gaudere pacifice faciant & permittant absque contradictione quacunque, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret nostrum sigillum, dicti Delphinatus præsentibus litteris duximus apponendum, saluo in aliis iure nostro et in omnibus quolibet alieno. Datum Parisius mense Aprilis post pascha, Anno domini Millesimo tercentesimo octuagesimoprimo, et regni nostri primo.

¶ Per Regem Delphinum ad relationem domini Ducis Bourgondiæ et aliorum consilij.

Manlone.

¶ *Quod gentes terræ acquisitæ à domino comite Sabaudiæ debeant gaudere priuilegiis & libertatibus subditis Delphin. concessis.*

¶ Karolus Dei gratia Francorum Rex Delphinus Vienneñ. notum facimus vniuersis quod nos ad supplicationem fidelium nostrorum subiectorum Delphinalium fidelibus nostris prælatis personis ecclesiasticis baronibus nobilibus valuassoribus vniuersitatibus commmunitatibus et aliis gentibus terræ nobis traditæ in Delphinatu per comitem Sabaudiæ ob causam concordiæ, olim inter nos et eum habitæ, ex nostra certa scientia de gratia speciali, pro se et suis duximus concedendum et volumus et concedimus per præsentes, quod ipsi prælati personæ ecclesiasticæ bannereti barones valuassores nobiles vniuersitates loca communitates et aliæ gentes dictæ terræ eorumque successores perpetuo vniuer-

taliter vniuersi & singulariter singuli pro eo: quia loco terræ traditæ per nos dicto comiti successerunt, possint & debeant vti frui gaudere & potiri pactionibus conuentionibus priuilegiis frãchesiis immunitatibus & libertatibus, quib. cæteri nostri subditi Delphinales vti frui gaudere & potiri possunt & debent, & eas & ea eisdem & suis perpetuo attendere & obseruare iuxta ipsarum formam seriem & tenorem, mandantes & tenore præsentium iniungentes gubernatoribus thesaurariis bailliuis iudicibus procuratoribus commissariis castellanis & cæteris officiariis & iusticiariis nostri Delphinatus præsentibus & futuris, vel eorum locatenentes; quatenus præfatis gentibus dictæ terræ per terram Delphinalem, vbilibet ipsas pactiones conuentiones & libertates & singula in eis contenta de puncto ad punctum obseruent, & inuiolatas custodiant, iuxta ipsarum series & tenores nulla de contingentibus in eisdem obmittẽtes, quoniã prædicta perpetuo sic esse & fieri, ex nostra certa scientia & de gratia speciali eisdem concessimus & concedimus per præsentes ordinationibus seu mandatis in cõtrarium factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, sigillum nostrum dicti Delphinatus præsentibus duximus apponendum. Datum Parisius die xxii. mensis Augusti, Anno domini millesimo tercentesimo sexagesimoseptimo, & Regni nostri quarto.

¶ Per Regem Delphinum in suo consilio.

Henrileti.

¶ *Quod non possit trahi ad consequentiam concessio talliæ, de qua in litteris fit mentio, nec præiudicet libertatibus.*

KArolus Dei gratia Francorum Rex & Delphinus Viennẽ. notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris, nos litteras inclytæ recordationis charissimi domini & genitoris nostri vidisse formam quæ sequitur continentes.

¶ Karolus Dei gratia Francorum Rex Delphinus Viennẽ. vniuersis præsentes litteras inspecturis salutem: pro parte subditorum nostrorum Delphinalium nobis oblata supplicatio continebat, quod cum ipsi subditi gubernatori nostro dicti Delphinatus nomine nostro in subsidium redimendi & habendi castra nostra per comitem Sabaudię occupata concessissent triginta millia florenorum, soluendorum certo tempore: super hoc ordinato certã pecuniæ summam leuare intendant tam pro certis oneribus suppor-

portandis defensionis patriæ Delphinalis contra nonnullos qui molliuntur intrare patriam Delphinatus, vt dicitur, quā pro certis expensis faciendis pro prædictis negociis prosequendis cū emergentibus & dependentibus, ex eisdē q̄ prædicta per eos adimplere non possent absque certarum impositionum seu tailliarū subuētione, propter quod supplicabant vt nobis placeret, & eis cōcedere dignaremur quod ipsi subditi pro præmissis complēdis certas personas auctoritate nostra nominare & eligere possent, quæ tallias & impositiones pro præmissis opportunis facere & ordinare leuare & distribuere possent, & alia facere quæ præmissorum merita erigunt, quorum subditorum præcibus annuentes eisdem & singulis ipsorum per præsentes concedimus volumus & gratum habemus, quod ipsi subditi nostri simul vel diuisim pro præmissis more solito congregati semel & pluries, quotiens eis vel parti ipsorum videbitur possint, & impune valeant per bailliuiatus & iudicaturas eligere & nominare eos & illos quos voluerint pro præmissis peragendis, qui nominandi potestatem habeant omnimodam, impositiones tallias & similia pro præmissis dependentibus, & ex eis necessaria faciendi diuidendi imponendi colligendi exigendi distribuendi & soluendi, & de receptis quietandi, & omnia faciendi quæ talium merita postulabunt, ita quod prædictam florenorum summam pro prædictis castris concessam in expeditione reali dictorum castrorum, & in defensione patriæ, & non in alios vsus soluere teneantur, nec alias solutiones vel expeditiones monetæ leuandæ, tam pro dictorum onerum supportatione quam expensarum prædictarum solutione, facere possint, nisi de consilio eligendorum à subditis cum auctoritate nostri gubernatoris, & de administratione eorum locis & temporibus opportunis, subditis prædictis, vel deputandis ab eis rationem & reliqua rationis reddere teneantur, & non alteri cuicunque, nec est intentionis nostræ quod præfatis subditis nostris seu suis pro præmissis per eos concessis aliquod præiudicium possit perpetuis temporibus suboriri, eisdemque subditis nostris considerato, quā oblatio dictorū triginta milliū florenorū & alia præfato gubernatori nostro pro defensione patriæ per dictos subditos nostros nomine nostro oblata de ipsorū libertate processerunt cōcessim⁹ & pro nobis & nostris cōcedimus successoribus, quod per aliqua q̄ ipsi subditi seu aliqui ipsorū concesserūt & obtulerūt tacite vel expresse ips subditis seu suis successorib⁹ in bonis vsib. iurib. cōsuetudinibus pactionib. conuentionib. & libertatib. ipsorum millium

valeat præiudicium generari, vel ad aliquam consequentiam trahi, vel quouismodo fideli nostro gubernatori nostri Delphinatus dantes in mandatis, quatenus præfatis nostris subditis prædicta omnia obseruet, eligendis & nominandis per eos potestatem & auctoritatem per suas patentes litteras conferat, quam nos eis per præsentes in perennio faciendi & exercendi ea ad quæ nominabuntur & eligentur, & debitores & talliatos quoscunque compelli faciat & mandet ad soluendum summas in quibus tenebuntur, cessante difficultate quacunque, summariæ & de plano, prout pro debitis fiscalibus est fieri consuetum thesaurarioque nostro inhibentes, ne de præmissis aut dependentibus ex ipsis se impediat vel intromittat, quouismodo ordinationibus seu mandatis in contrarium factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, sigillum nostrum magnum Delphinalem præsentibus duximus apponendum. datum Parisius, die xxij. mensis augusti. Anno domini Millesimo tercentesimo sexagesimoseptimo. Quasquidem litteras suprascriptas ac omnia & singula in eisdem contenta ratas, & gratas habentes, eas & ea volumus laudamus & approbamus, & tenore præsentium de gratia speciali confirmamus, quod vt firmum & stabibile perseueret in futurum, nostrum sigillum dicti nostri Delphinatus præsentibus litteris duximus apponendum, saluo in aliis iure nostro & in omnibus quolibet alieno. Datum Parisius mensæ aprilis post pascha, Anno domini Millesimoccclxxxj. & regni nostri primo.

¶ Per regem Delphinum ad relationem domini ducis bourgondiæ & aliorum consilij.

Manlone.

¶ Quod dominus Delphinus & eius thesaurarius teneantur recipere monetas auri & argenti pro communi cursu.

Karolus Dei gratia Francorum rex Delphinus Viennen̄. notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris nos litteras inclyte recordations charissimi domini & genitoris nostri vidisse formam quæ sequitur continentes.

¶ Karolus Dei gratia Francorum rex Delphinus Viennen. notum facimus vniuersis tam præsentibus quā futuris, quod nos audito clamore subiectorum nostrorum Delphinalium continen. quod ipsi multipliciter opprimuntur pro eo quod thesaurarius & cæteri iurium nostrorum receptores Delphinatus monetas nostras

Delphinales

Delphinales recipere rennuunt & recusant per cursu cõmuni, inde per suos seu gentes nostras ordinato ipsis subditis tenore præsentium duximus concedendum, quod monetæ auri & argenti factæ & faciendæ nostro seu gentium nostrarum mandato in dicto nostro Delphinatu, capiantur & ponantur per quoscunque nostros receptores officiales & subditos per cursu communi facto & ordinato, & etiam ordinando per nos seu gentes nostras Delphiñ. mandantes igitur & tenore præsentium iniungentes fidelibus nostris gubernatori & thesaurario dicti nostri Delphinatus præsentibus & futuris, vel eorum locatenentes, & eorum cuilibet insolidum prout ad eum spectat, quatenus prædictis nostris subditis prædicta omnia obseruent: & monetas nostras in dicto Delphinatu nostro cusas & cudendas accipiant & recipiant ac accipi & recipi & poni faciant per communi cursu, ordinato & ordinando per nos seu gentes nostras prædictas non patientes dictis monetis alios cursus imponi quã in ordinationibus ipsorum firmiter statutis, quoniam prædicta dictis nostris subditis de nostra scientia certa & gratia speciali concessisse dignoscimur, & ea sic fieri & per vos teneri volumus, de cætero ordinationibus seu mandatis in contrarium factis vel faciendis non obstantibus quibuscunque quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret, sigillum nostrum magnum dicti nostri Delphinatus præsentibus duximus apponẽdum. Datum Parisius die xxij. mensis Augusti. Anno Domini Millesimo tercentesimo sexagesimoseptimo: & Regni nostri quarto.

¶ Quasquidem litteras ac omnia & singula in eis contenta ratas habentes & gratis eas & ea volumus laudamus approbamus, & tenore præsentium de gratia speciali confirmamus, mandantes dilectis & fidelibus nostris gubernatori thesaurario receptori & generali cæterisque officiariis & iusticiariis dicti nostri Delphinatus præsentibus & futuris, vel eorum locateneñ. & cuilibet eorundem prout ad eum pertinuerit, quatenus prædictos subditos nostros Delphinales nostra præsenti gratia & confirmatione vti & gaudere faciant & permittant, absque impedimento quocumque, quod vt firmum & stabile perpetuo perseueret nostrum Delphinale sigillum præsentibus litteris duximus apponendum, saluo in alio iure nostro & in omnibus quolibet alieno. Datum Parisius mense Aprilis post pascha. Anno domini Millesimo tercentesimo octogesimoprimo, & Regni nostri primo.

¶ Per Regem Delphinum ad relationem domini Ducis Bourgondiæ & aliorum consilij.

Manlone.

¶ *Quod moderetur numerus & salaria meyneriorum & seruientum & quod receptor nullos seruienti faciat.*

¶ Karolus Dei gratia Francorum Rex, Delphinus Viennen. dilecto & fideli nostro gubernatori nostri Delphinatus aut eius locumtenentem salutem & dilectionem: audita supplicatione dilectorum & fidelium nostrorum prælatorum baronum banneretorum procerum nobilium valuassorum & Francorum, vniuersitatum communitatum & cæterorum subditorum nostrorum, nostri Delphinatus prædicti continentes, quod cum in priuilegiis libertatibus & franchesiis per inclytæ recordationis charissimum dominum & genitorem nostrum & alios prædecessores nostros Delphinos eisdem concessis, caueatur expresse quod fieri debeat moderatio seruientium & meyneriorum nostrorum, in quibuscunque curiis castris & terris nostris & successorum nostrorum, secundum quod ipse dominus & genitor noster aliàs in suis statutis & ordinationibus ordinauit: ne propter multitudinem ipsorum seruientum & Meyneriorum grauentur nimis subditi Delphinales prædicti, & præsentialiter numerus ipsorum seruiētum & Meyneriorum sic excessimus, nec minus ipsi seruientes & Meynerij dictos grauauerint, quamplurimum in receptione excessiua suorum salariorum, quod cedit in grande præiudicium & grauamen dictorum supplicantium, prout dicunt nobis, super hoc nostrum remedium implorando mandamus vobis districtius iniungendo, quatenus secundum ordinationem prædictam numerum prædictorum seruientum & Meyneriorum & eorum salaria taliter moderatis, quod dicti supplicantes illo prætextu vlterius non grauentur. Nolumus etiam quod thesaurarius receptor generalis aut alij officiarij nostri in dicto Delphinatu habeant de cætero potestatem aliquem seruientum seu Meynerium nostrum facere creare aut instituere quoquomodo. Datum Parisius die vicesima nona mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo tercentesimo octuagesimoprimo, Et regni nostri primo.

¶ Per Regem Delphinum ad relationem domini Ducis Bourgondię & consilij.

Manlone.

¶ *Libertas*

¶ Libertas concessa per Dominum Humbertum Delphinum in omnibus suis subditis de omnibus suis stabilitis fogagiis donis adempris collectis tailliis & muneribus extraordinariis.

IN Nomine domini nostri Iesu Christi Amen. Nouerint vniuersi & singuli præsentes & futuri quod anno eiusdem domini millesimo tercẽtesimo quadragesimoprimo inditione nona, die prima mensis septembris constitutus, propter ea quæ sequuntur corã me notario publico & testib. infrascriptis illustris princeps Dominus Humbertus Delphinus Viennen. ipse dominus Delphinus considerans & attendens prędecessores suos in suis vltimis voluntatibus ordinasse, vt malè ablata & acquisita per eos quocunque titulo & colore restituerentur & emendarentur perfectè, volens igitur, vt dicebat eorum pias dispositiones, totis viribus adimplere & malè gesta & acquisita tam per ipsos prędecessores suos quam per ipsum vt sibi possibile est & fuerit emendare, quod ad eum, vt dicebat sæpissimè, querelæ quamplurimæ suorum fidelium subditorum, & ad eius peruenerunt auditum, quod ipsi in pluribus per ipsos prædecessores suos & ipsum extiterunt, grauati videlicet in stabilitis fogagiis donis adempris collectis & talliis extraordinariis & muneribus quamplurimis contra debitum romanis, in damnum & præiudicium eorundem, cũ ad hæc facienda minime tenerentur: sed per oppressiones & timorem suorum officialium & pęnarum impositiones iidem subditi prædicta onera importabilia supportabant, pia consideratione commotus vt quietem subditis suis præbeat, & ab oppressionibus indebitis & oneribus supradictis protinus releuantur ipsos suos quoscunque subditos eorum hæredes & successores & posteros à prædictis omnibus & singulis stabilitis fogagiis damnis adẽpris collectis tailliis extraordinariis & muneribus, liberauit & affranchiauit & immunes esse voluit atque francos perpetuo nunc & semper vt dominus noster Iesus Christus Deus & dominus noster altissimus sibi quietem prębeat, & salutem eumque in agendis prosperet, & in prosperitate conseruet, ac sibi suisque prædecessoribus remissionem peccatorum sua pietate concedat. Promittens dictus dominus Delphinus pro se suisque hæredibus & successoribus, bona fide loco iuramenti per pactum expressum, solenni stipulatione vallatum, & sub obligatione omnium bonorum suorum, mihi notario infrascripto præsenti stipulanti & recipienti, nomine dictorum subditorum, & omnium & singulorum, quorum interest, & in-

tereſſe poterit in futurũ dictam libertatem & affranchimentum perpetuo & inuiolabiliter cuſtodire,& nullo tẽpore contrafacere vel venire iuris vel facti aliqua ratione,nec alicui in cõtrariũ venire volẽti modo aliquo cõſentire,imo totis viribus efficaciter facere quòd prædicta vniuerſa & ſingula incõmutabiliter conſeruentur pcipiens tenore pſentiũ vniuerſis & ſingulis ſuis caſtellanis & officialib.pſentibus & futuris,vt pdicta obſeruẽt & cuſtodiant integræ & pfectæ,& ſi q, mãdatum per ipſum vel hæredes & ſucceſſores ſuos in cõtrarium fieret,voluit & pcepit refutari ipſum & non parere impune talliis ordinariis comitalib. & ſeruitiis cenſib. vſagiis & aliis munerib.ipſi domino Delphino annuatĩ debitis & ſoluendis in omnib.ſemper ſaluisr,equirens & rogans prædictos ſuos ſubditos,vt ſi prædicti ſui prædeceſſores,vel ipſe dominus Delphinus aliqua de præmiſſis ſeu aliqua alia indebitæ habuerint, vel habuerint ab eiſdem,quòd eis parcant,eiſque remittant omnia male ablata de prædictis & alia quæcunque male & indebitæ capta & habita ab eis,etiam ſibi remittant eorum bona & ſpontanea volũtate,quia ſemper gratum & beniuolum ſe offert erga eos,manifeſtans prædictus dominus Delphinus tenore præſentis inſtrumenti omnibus ſuis ſubditis,quòd ſi aliqua alia bona dictorum ſubditorum ſuorum per ipſum dominum Delphinum vel prædeceſſores ſuos reperirent indebitæ occupata, vult & paratus eſt debitam & integram reſtitutionem facere de eiſdem.

¶ Renuncians dictus dominus Delphinus omnibus iuribus exceptionibus & cautelis quibus poſſet facere vel venire cõtra præmiſſa vel aliqua præmiſſorum,aut in aliquo ſe tueri & iuridicenti generalem renunciationem non valere,niſi præceſſerit ſpecialis: de quibus omnib. dictus dominus Delphin. requiſiuit & præcepit per me notariũ infraſcriptũ fieri & omnib.& ſingulis ſuis ſubditis tam vniuerſalib.quàm ſingularib.perſonis tot quot habere voluerint, publica inſtrumenta acta fuerint hæc in caſtro Belliuiſus in Royanis in Turris numeriæ,præſentib. reuerendo patre in Chriſto domino Ioanne epiſcopo Tiburtino cancellario Delphiñ.religioſis viris fratrib.Ioanne de Vienneſio priore vallis Boneſij ordinis ſancti Benedicti,Gerardo Saceti,Guillermo de Perreto ordinis prædicatorum,Guidone Martiri, & Ioanne Pecolerij ordinis Miborum,Petro de Borciaco ordinis Ciſterciẽſium,magiſtris Philippo Philippi & Pagano de Iapha Phiſicis dicti domini noſtri Delhpini vocatis & rogatis teſtibus ad præmiſſa.

¶ Et ego

¶Super decimo articulo tenoris sequentis. Item super monitionibus quæ fiunt contra castellanos & alios officiarios temporales vt compellant excommunicatos redire vnitati Sanctæ Matris ecclesiæ: quoniam licet velint de bonis excommunicatorum tradere creditoribus nihilominus excommunicantur, & maximè quod dictos excommunicatos non incarcerant, quamuis diligentiam fecerint de ipsos capiendo quos plerunque reperire non possunt, ideo placeat domino gubernatori & dictæ curiæ prouidere super contentis, in præsenti articulo iam prouisum est per curiam vt constat prouisione in magno libro consilij existenti, cuius prouisionis tenor sequitur & est talis ad finem, quod ignorantia subditorum Delphiñ. sententiæ excommunicationis mucrone feriatur statuitur, quod de cętero cappellani curati seu executores litterarum quæ à curia officialatus Grationopolis emanabunt, prout hactenus fuerat abusum, pro executione litterarum non vtantur verbo, recepta est, sed in dorso ipsarum litterarum facient executionem diem executionis, & ipsam executionem facere in personā eius, cōtra quem litterę mandabūtur nisi fraudulenter se absentauerit, vel notoriæ absens existat, & tunc sufficiat in domo habitationis fieri executionem, ita quod hoc in ipsa executione exprimatur.

¶Item quod litteræ quæ contra castellanos seu officiarios Delphinales & temporales dirigentur in personam ipsorum officiariorum vel locatenentium eorundem exequi teneantur, & copia litterarum tradi debeat illis qui mouebuntur in casibus supradictis. Aliter verò factæ executiones nullius sint momenti: statuitur etiā quod creditores impetrantes litteras contra curiam temporalem vt compellant excommunicatos redire ecclesiæ vnitati, teneantur mittere personam debita potestate suffultam quæ prosequatur compulsionem bonorum venditionem, & de sibi soluendo exinde nomine creditoris concedi valeat quietationem. Pro parte vero Delphinali statutum fuit & statuitur quod ipsi cum fuerint moniti compellere excommunicatos redire ecclesiæ vnitati debitā & prōptam faciant executionē, sub pæna vigintiquinque Frācorū & restitutionis expensarū quę fuerit ob negligētiam vel culpā ipsorū, in casu verò quo debitores excōicati non habeant bona in quibus possit executio fieri castellani eos capere & incarcerare faciant, dū tamē reperiātur infra castellaniā, vnde sūt & capi possūt, & dū tamē

creditores ministrent eisdem seu prouideri faciant taliter captis & incarceratis de expensis in panæ & aqua, & ibi detineantur quousque fecerint solutionem vel cessionem bonorum, & vt executio fienda perdictos officiarios celeriter suum consequatur effectum, statuitur quod secundum tenorem ordinationis nuper factæ super abstractione & executione pro debitis fiscalibus in prædictis procedatur, & exceptionum sinistratoriarum materia præscindatur.

¶ Super vndecimo articulo tenoris sequentis. Item quia plerunque castellani locorum subditos ad solius fisci prosecutionem coram se conueniri faciunt indebitæ, & sine causa legitima, propter quod subditi recurrunt ad iudices, & quia iudex nisi visis causis prouidere commodæ non potest, coguntur recurrentes acta contra ipsos suis sumptibus exhibere in ipsorum præiudicium, quia nullum inde ex sumptibus recursum habent placeat prouidere ne vlterius fiat, sed notarij loci exhibere habeant iudici custu accusantis postulata & petita in præsenti articulo, tanquam iusta rationi consona iubemus inconcussæ obseruari.

¶ Super duodecimo articulo tenoris sequentis. Item etiam respectu exactionis processuum qui ventilantur in venerabili curia parlamenti Delphinatus & curia appellationum, seruatur vnus ritus valdè reipublicæ damnosus, videlicet quod graffarij taxari faciunt suos processus partibus non vocatis, sed totaliter ignorantibus, & forte domini exactores factis lento gressu aduertunt ad scripturas, quæ taxantur, & plurimæ fiunt taxare bene excessiue præcisæ, deinde seruientes per patriam mittuntur, qui valdè populum affligunt etiam pro eorum viagiis & expensis quæ interdum excedunt debitum principale, & sine aliquali taxatione compulsiones faciunt super contentis in articulo iam facta prouisio extitit quæ in magno consilij reperiri & recipi potest, qua cauetur vt non fiant taxæ expensarum & processuum nisi parte vocata, & ita iuxta dictam ordinationem huc vsque inconcussę obseruatum extitit in curia parlamenti, adeo quod supplicantes non habuerunt causam, quærelæ fuit pro vtilitate subditorum & reipublicæ patria requirente. Anno domini Millesimo quatercentesimo quinquagesimooctauo, quod expensas contumaciales

& processus

& processus eorundem possint & valeant taxari sine partis vocatione. Quodquidem statutum tanquam vtile & non damnosum volumus obseruari, cuius tenor talis est. Anno quo supra domini millesimo quatercentesimo quinquagesimo octauo & die vndecima decẽbris in audientia publica venerabilis curiæ parlamenti Delphinatus vbi erant domini Io. Baiuli præsidens, Ma. Thomassim, G. Papæ, G. Guillionis, Io. de Sancto Germano aduocatus fiscalis, & P. Baiuli procurator generalis Delphinatus matura inter ipsos consilij deliberatione præhabita ad euitandum sumptus & expensas plurium subditorum Delphiñ. quæ plerunque augmentantur & crescunt per citationes ad videndum taxari expensas adiudicatas in dicta curia vel ipsas in præsentia partium seu procuratorum earundem iudicialiter taxari petendo, fuit publicæ statutum & ordinatum quod à modo in antea mille expensas in dicta curia adiudicatæ taxari petentur, nec ad ipsas taxari videndum partes in eisdem expensis condemnatæ citabuntur aut vocabuntur, quinimmo facta condemnatione expensarum in præsentia vel contumaciam partium. Et tradita parcella easdem declarante fiet per dominos dictæ curiæ seu alios adhæc deputatos moderata taxatio, & inde fient de taxa litteræ præcisæ in forma consueta absque alia petitione seu partium condemnatarum euocatione, quæ si ad hoc citatę aut aliqui termini in curia tenti fuerint ipsæ citationes aut executiones seu termini tenti minimè taxabuntur; & quæ præmissa obseruari decernuntur in omnibus curiis Delphinalibus tam mediatæ quàm immediatæ subditis.

Botuti.

Super decimoterrio articulo tenoris sequentis. Item super abusibus curiarum ecclesiarum ac officialatuum ac indebitis exactionibus quæ fiunt per scribas curiarum officialium qui sibi solui faciunt octo liardos pro folio. Aliqui quattuor liardos, aliqui duos grossos, quod ipsi de cætero amplius non recipiant nisi id quod recipere consueuerunt scribæ curiarum Delphinaliũ, quod sup cõtẽtis in articulo iã prouisũ extitit per curiã parlamẽti, cuius

prouisionis tenor sequitur & est talis, Quamquidem prouisionem iussimus obseruari. Item super taxam antiquam scripturarum inquisitionalium moderantes atque limitantes, statuimus quod ipsi inquisitionales de cætero accipiant pro folio processus originalis duplum causarum ciuilium, hoc mediante quod folia concernentia fiscum nihil computentur aut quicquam pro ipsis exigatur, & idem in arrestis non ordinatis obseruetur, pro copiis verum accipiatur duntaxat quantum in causis ciuilibus. Et hoc si delatus in causa subcumbat, si autem absoluatur nihil inuitus soluere cogatur, nisi tantummodo probationes suarum defensionum, in omnibus tamen præmissis iudiciali taxatione reseruata.

¶Super decimoquarto articulo tenoris sequentis. Item & interinari & obseruari facere dignetur litteras nouissimè impetratas super exactione indebita decimarum condemnationum, quæ fuerunt per insignem curiam parlamenti prout de iure fieri debetur, super contentis in articulo pendet processus, super quo partibus ad plenum auditis fiet iusticia, si tamen cupiant supplicantes quod non reperiantur decimæ super condemnatis nec vltra summam condemnationis sed super rege, & infra summam ipsius condemnationis sicut fit in aliquibus locis huius patriæ Delphinatus, faciant barones & bannnereti & alij iurisdictionem temporalem habentes similem prouisionem in suis curiis obseruari, & nos alloquemur regem dominum nostrum super materia vt suo velle suóque consensu prouideri possit.

¶Super decimoquinto articulo tenoris sequentis. Item super eo quod exactorum subsidiorum & aliorum iurium & censuum Delphinalium ac dominorum prælatorum & aliorum ecclesiasticorum baronum & banneretorum, sibi solui faciunt pro qualibet quittãtia vnum grossum, etiam si summa non excedat vnum florenum accipiunt, quę exactio est valde indebita, & vlterius accipiunt pro subsidiis Delphinalibus pro quolibet floreno dimidium grossum, non credimus nec credit curia parlamenti quod fiant contenta in articulo, si tamen ita esset quod fierēt declarentur & designētur illi qui dictas exactiones indebitas faciunt, vt puniri & corrigi valeant, quoniam non permittimus quod contenta in ipso articulo de cętero fiāt: quinimmo inhibemus pænaliter ne ita fiat prout in ipso articulo continetur, sed contrarium fiet & obseruetur.

¶Super decimosexto articulo tenoris sequentis. Item etiam super eo quod iudices ordinarij bailliuiatuum & aliarum curiarum

inferiorum

inferiorum magnas exportulas ab habitantibus partriæ pro processibus diffiniendis recipiunt. Et etiam nimium pro vacationibus suis aliqua exequendo exigunt, atque pro prouisione concessorum per ipsos signeto suo pecunias indebitas extorquendo in grandæ præiudicium totius reipublicæ & contra statuta & libertates Delphinales, ideo petunt super hoc prouideri: ordinauimus & ordinamus ne fiant contenta in articulo quod si secus in futurum fiat punientur abutentes.

¶ Super decimoseptimo articulo tenoris sequentis. Item & super eo quod studentes & ecclesiastici religiosi Sancti Iohannis Hyerosolymitani & aliis suis priuilegiis abutẽdo citationes & executiones fieri faciunt contra subditos Delphinales laicos, & quandocunque copiam suarum litterarum citatoriarum de noctæ in valuis ecclesiæ aut domus debitoris, ponunt seu apponi faciunt, & hoc facto incontinenti recedunt & non potest inueniri creditor nec executor, & vt plurimum pro debitis per alteros suos parentes aut alios mercatores remissis sic cessiones à iure prohibitas recipiendo procurantes plerunque illas sibi fieri vt vexent populum, licet etiam non sint studentes, actu in grandæ præiudicium ipsorum subditorum Delphinalium, quare petunt supplicantes de remedio opportuno prouideri, tam super abusibus in præsenti articulo designati. Curia parlamenti plures dedit prouisiones & vt tales abusus refrenentur iubemus per curiam cum casus occurrant prouisiones dari & penaliter inhiberi ne per quoscunque contenta in articulo fiant.

¶ Super decimooctauo articulo tenoris sequentis. Item & occasione præmissorum sunt multi accusatores beneficiorum qui pro consummando subditos in expensis capiunt arrendamenta & ipsorum virtute per iudices conseruatores apostolicos citari faciunt debitores laicos, & tandem illos auctoritate apostolica excommunicari, & demum cum ipsis cõponunt ad magnas pecuniarum summas. Et cum absoluuntur pro sigillo absolutionis exigunt vnam marcham argenti, in grandæ præiudicium subditorum Delphinalium: ordinauimus & ordinamus inhibendum fore pęnaliter omnibus & quibuscũque ne fiant contenta in articulo atque abutentes, adeo puniri, quod cæteris cedat in exemplum.

¶ Super decimonono articulo tenoris sequentis. Item super eo quod creditores habentes debitores pænes iurisdictionem banneretorum litteras requisitorias obtinent contra dictos suos debi-

tores quas annexare non faciunt per iudices ordinarios banneretos penes quos tales debitores degunt licet hoc facere teneantur,propterea dignetur illud fieri præcipere maximè vbi tales litteræ requisitoriæ non conceduntur extra Delphinatus iurisdictionem, Super contentis in articulo sunt statuta&libertates huius patriæ Delphinatus,quos mandamus teneri & inconcussæ obseruari.

¶ Super vicesimo articulo tenoris sequentis. Item quod fere omnes seruientes à thesauraria Delphinali seu pro aliis debitis & ad exequendum litteras à curia parlamenti emanatas mandati debitores pro suis stipendiis subditos Delphiñ. gagiant & multas extortiones super patria faciunt, licet creditores qui ipsos mandant debeant illos stipendiare&soluere,&inde expensas taxatas à debitorib. exigere. Propterea super his prouidere dignemini. Super contentis in hoc articulo iam prouisum extitit vt patet ordinatione in magno libro consilij existenti. Cuiusquidem prouisionis tenor sequitur & est talis.

¶ Ludouicus de Laual castillionis,gubernator Delphinatus, dilecto nostro bailliuo patriæ bassæ Delphinatus aut eius locumtenentem in sede sancti Marcellini salutem:cum ad illustrissimi domini nostri Delphini graui cum quærela multorum peruenerit noticiam seruientes & alios executores Delphinales litteras ad exequendum per loca dicti bailliuiatus,deferentes & frequentius multiplicatis pignoribus à singulis contra quos dictas litteras exequuntur sua priuata auctoritate pro suo viagio capere,& nisi vt præfertur executi soluant dictis seruientibus qui petunt pignora ipsa,retinent ad votum suum de eisdem disponentes pecunias modo prædicto à subditis mediatæ vel immediatæ Delphinalibus vltra modum romanis,etiam multo plures quam sibi debeantur extorquentes,quod cædit in onus & grauamen non modicum subditorum Delphinalium prædictorum,& maius cederet nisi super his de remedio prouideretur opportuno. Igitur volens dictus dominus noster subditorum suorum in commoditatibus posse tenus obuiare, decreuit& ordinauit pænaliter fore dictis seruientibus executoribus inhibendum,ne de cætero præmissis vtantur pignorationibus nec solutionem suorũ viagiorum ab his cõtra quos exequuntur exigãt nec recipiãt,sed ab his per quos mittũtur & moderatæ & quod in taxationibus dictorũ viagiorũ cum fiat per eos

ad

ad quos spectat contra dictos executores talis habeatur consideratio & prouisio adhibeatur, & pro vno viagio etiam contra plures facto non taxentur respectu omnium executionum, nisi id quod pro viagiis ipsis rationabiliter debitum esse reperietur. Quocirca de mandato expresso præfati domini nostri & in executionibus per eum vt supra ordinatorum vobis harum seriæ præcipimus committimus & mandamus, quatenus præmissa omnia & singula faciatis in toto bailliuiatu vestro, etiam in terris vassalorum Delphinalium vobis subditis obseruari inhibendo & inhiberi faciendo publicæ & voce præconia in loco sedis vestræ & in singulis castellaniis dicti bailliuiatus ac terris dictorum vassallorum Delphinalium, & per loca solita & consueta prædictis seruientibus & executoribus, & sub pæna priuationis perpetuæ suorum officiorum & vigintiquinque francorum auri pro vice qualibet qua cõtrarium facient, ne decætero aduersus ordinata prędicta veniant, nec quouismodo venire præsumant, & vbi secus facere reperientur quod vos in hoc delinquẽtes in bailliuiatu vestro prædicto puniatis & corrigatis per declarationem pænarum prædictarum, salua moderatione quæ vobis videbitur rationabiliter adhibenda, & alias taliter quod cæteris cedat in exemplum, sic in his vos habentes quod non de negligentia redargui sed de bona diligentia mereamini commendari præsentes quoque nostras litteras per vos in carculariis dictę curiæ vestræ registrari volumus & iubemus. Datum Grationopoli die secunda mensis Aprilis. Anno domini. M. quatercentesimo quinquagesimosexto.

¶ Per dominum gubernatorem ad relationem parlamenti quo erant domini Rimondus, dominus Montiseymardi. Io. Io. Baiu. vtriusque iuris præsidens, Mat. Thomassim miles de sancto Germano aduocatus fiscalis legum doctores & procurator generalis.

G. Bonis.

¶ Super vicesimo primo articulo tenoris sequentis. Item & vlterius baillhui seu iudices in bailliuiatibus commissi de dictis seruientibus abutuntur, quod multos creant inutiles & ignaros ac in excedenti numero seruientum : propterea dignentur dominationes vestræ super hoc prouidere reuocando omnes excepto certo numero in quolibet bailliuiatu per vos statuendo, qui per dominationes vestras sufficientes sint electi & creati, & per mortem officia ipsorum impetranda

¶Super vicesimoquarto articulo tenoris sequentis. Item quia castellani & notarij curiarum castellaniarum opprimunt subditos circa exactiones suarum vacationum, & præsertim circa peræquationes subsiditorum Delphinalium, in quibus faciunt excessiuas vacationes & immoderatas taxationes, & cogunt subditos eis donare ad eorum placitum. Ideo dignetur dominus taxare eorũ vacationes, & quod nõ faciãt eorũ per æquationes in villagiis sed in villis aut castris vt non multiplicẽtur dictę vacationes. Super cõtentis in articulo sunt statuta & ordinationes hactenus factæ quas mandamus obseruari. Quarumquidem ordinationum tenor sequitur & est talis. Sciendum est quod ad requisitionem trium statuum patriæ Delphinatus fuit taxatum castellanis & notariis castellaniarum pro diebus quibus vacabũt in peræquando taillias domini, aut alia eorum onera videlicet castellano octo grossi pro qualibet die, & notario sex grossi prouiso quod dies non sint inutiles, immo vtiles quando vocabunt vt constat littera ordinationis pęnes Symondum Galberti alias Bourgara existeñ.

¶Super vicesimo quinto articulo tenoris sequentis. Item quia vt plurimum omnes subditi Delphiñ. ad hanc ciuitatem Grationopoli affluunt, in qua est sedes suprema curiæ parlamenti & cameræ computorum & thesauraria Delphinali, vnde causantibus itineribus malis secus hanc ciuitatem existentibus non sine periculo magno dicti subditi Delphinales adhanc ciuitatem veniunt. Cuius rei causa multi periclitauerunt, ideo placeat super præmissis prouidere & itinera reparari facere, quæ etiam ex inundatione aquæ draui & aliis causis multum deteriorata sũt. Pro congrua refrenatione aquæ draui & itinerum debita reparatione disposuimus auxiliante Deo quantum in nobis erit ordinem dare, & conuenientem medelam læsioni adhibere, dum tamen supplicantes ipsi opem & iuuamen in ipsis reparationibus fiendis præstare curauerint, prout ratione suadente præstare debent operis qualitate & quantitate expeñ. in dicta reparatione ministrãdarum consideratis. Et vt dicta pro dicta reparatione fienda proxima congregatione trium statuum aliquam gratiosam summam operi conuenientem liberaliter donent, & super patria ipsa cum subsidio Delphinali imponant, ipsos quantum possumus & valemus exortamur.

sit ordinatum & cæteros præcedentes contribuere & rotulari debere in ipsis donis citra ipsorum processuum & causarum præiudicium,non intenden. in cæteris ipsorum quorumcunque monetariorum libertatibus & priuilegiis propterea derogare, sed illos eisdem vti inconcussæ prout & quemadmodum hactenus soliti sunt vult & declarat.

¶Super eisdem grauaminibus contra bedellos vniuersitatis studen. Valentiæ.

¶Curia parlamenti iustis respectibus mota ordinat quod rector & vniuersitatis nominare habeant infra vnum mensem proximum vnum bedellum quem voluerint seruire qui sit exemptus à tailliis & subsidiis Delphinalibus,alij vero omnes contribuant in eisdem & inrotulentur prout cæteri plebei litteras opportunas concedendo.

¶ Item quod Humbertus de Vourey de Alexiano qui se asserit bedellum vniuersitatis studeñ. Valentiæ,nec moram trahit, ibidem rotuletur & contribuat cum aliis plebeis.

¶*Alia prouisio ibidem lecta & seruari ordinata.*

¶Radulphus dominus de Gaucourt cõsiliarius & prmus cãbellanus regius gubernator Delphinatus,vniuersis & singulis notum facimus nos litteras ponentes illustrissimi principis domini nostri Ludouici Francorum Regis primogeniti Delphini Vienneñ. in pergameno scriptis eius sigillo sera rubea in pendenti cum cauda simplici sigillatas,nobis præsentatas per honorabiles viros magistros Andream Duri bacallarium in legibus procuratorem fiscalem generalem Delphinatus nomine dicti domini nostri, & Franciscum Porterij licentiatum in legibus procuratorem trium statuum dictæ patriæ Delphinatus ad effectum interinationis & executionis ipsarum litterarum cum debitis honore & reuerentia recepisse in hæc verba.

¶Ludouicus Francorum Regis primogenitus Delphinus Vieñen. & comes Valentinensis & Dyensis, dilectis & fidelibus nostris gubernatori & gentibus consilij bailliuis castellanis mistralibus peræquatoribus & exactoribus subsidiorum, nobis concessorum aut concedendorum per gentes trium statuũ & aliis officiariis nostris Delphinatus salutem & dilectionẽ:humilẽ supplicationem dilectorum & fidelium nostrorũ gentiũ triũ statuum & eorũ ꝓcuratoris recepimus cõtineñ.ꝙ licet subsidia & dona gratiosa quæ nobis fiunt & conceduntur per dictas gentes fieri & dari

consueuerunt sub hac conditione & qualitate quod omnes subditi nostri in dictis bonis contribuere debeant & teneantur, exceptis clericis clericaliter & nobilibus nobiliter viuentibus, tamen nonnulli subditi nostri asserentes se exemptos & franchos à tailliis comitalibus seu aliis tailliis quæ sunt de Domaynio nostro & quæ ab antiquo exigi consueuerunt, & ab aliis muneribus ordinariis vel extraordinariis recusant in dictis donis & subsidiis gratiosæ nobis per dictas gentes concessas contribuere, licet dicta subsidia sub nomine tailliarum comprehendi non debeant, nec per nos ordinariæ nec extraordinariæ imponantur, sed solum per dictas gentes liberaliter nobis donantur: propterea nos considerantes quod ad causam dictæ recusationis talium qui se exemptos dicunt alij subditi nostri valde grauantur, quotas indebitæ supportant & soluunt volentes adimplere conditionem, quæ vt dictum est apponi consueuit in concessionibus dictorum subsidiorum, vobis & vestrum cuilibet, prout suo congruit officio; præcipimus committimus & mandamus quod omnes in iurisdictione nostra commorantes & nobis mediatæ vel immediatæ subditos, exceptis nobilibus nobiliter & clericis clericaliter viuentibus, peræquetis in dictis subsidiis & donis gratiosis quæ nobis facta sunt & donata per dictas gentes aut in futurum nobis fient & dabuntur, & etiam illos qui sunt franchi vel se asserunt franchi à tailliis & aliis muneribus ordinariis vel extraordinariis per nos vel successores nostros impositis vel imponendis perequetisque ad soluendum eorum quotam & ratam ad quam erunt vel fuerint perequati, compellatis prout in talibus est fieri consuetum, & prout cæteri qui sunt peræquati compelluntur: quoniam sic fieri volumus & dictis gentibus ac etiam procurator noster fiscalis concessimus & concedimus per præsentes, non obstante dicta exemptione tailliarum & munerum modo præmisso allegatis: & quod prætextu ipsius in dictis subsidiis alias fuerunt peræquati litterisque subrepticiis in contrarium impetratis vel impetrãdis, non obstantibus quibuscũque. Datum Grationopoli die vicesima tertia mensis Septembris, Anno domini. M.cccc. quadragesimoseptimo, sic signatas.

¶ Per dominum Delphinum ad relationem consilij. Bourre.

¶ Quibus litteris visis & ipsarum continentia attenta litteras ipsas duximus interinandas & executioni debitæ demandandas. In quarum executionem litteras ipsas legi & publicari fecimus

mus

mus Grationopoli in superiori consistorio Delphinali hora audientiæ ac eas registrari ordinauimus in camera computorum Delphinalium, nec minus per harum seriem præcipimus committimus & mandamus districtius iniungendo vniuersis & singulis officiariis Delphinalibus, mediatæ & immediatæ, quibus spectat & pertinuerit, aut ipsorum locatenentibus & eorum cuilibet in solidum, quatenus litteras ipsas & omnia in eisdem contenta obseruent & obseruari faciant iuxta ipsarum formam, quoscunque cõpellendos compellendo ad id faciendum, omni oppositione seu contradictione, in cuius rei testimonium has nostras patentes litteras sub sigillo regiminis Delphiñ. dictus procurator generalis Delphiñ. dictorum trium statuum patriæ Delphinatus duximus concedendum. Datum Grationopoli die vicesima septima mensis nouembris. Anno domini, M. quatercentesimo sexagesimoseptimo.

¶ Per dominum gubernatorem ad relationem consilij, quo erant domini Stephani Guillionis miles præsides legum, Iohãnes Baiuli iurisvtriusque doctores, Matthæus Thomassim licentiatus in legibus: & Iacobus de sancto Germano legum doctor aduocatus fiscalis. De Plastro.

¶ Littera concessa per Regem Delphin. dominum nostrum suis nobilibus quod eorum iudices debent habere primam cognitionem quaruncunque causarum.

¶ Loys par la grace de Dieu Roy de France Daulphin de Viennoys Conte de Valentinoys & Dyois, au gouuerneur ou son lieutenant & gens de nostre parlemant à Grenoble salut & dilection: les gens des trois estas de nostredit pays du Daulphiné nous ont fait remonstrer que combien que chacun subget soit tenu de plaider & respondre tant en demandant que en deffendant par deuant son iuge ordinaire & non ailleurs, & que raisonnablemant il ne doit en premiere instance estre traict ne conuenu hors la iurisdiction ordinaire, de laquelle il est subget: neantmoins que plusieurs fermiers qui souuant prenent à ferme les espolis & aultres droits de iustice de plusieurs nos iurisdictions audit pays, non ayans aucun regard au droit & iurisdictions des iustices ordinaires des gens d'Esglise & nobles dudit pays, ains font chacun iour conuenir les subgets dudit pays par deuant les officiers de nosdites iurisdictions, & les contrain-

gnent à plaidoier en ostant totallement la iurisdiction desdites gens d'Esglise & nobles dudit pays, qui est en leur grand grief preiudice & dommaige, & plus seroit ce par nous ne leur estoit sur ce donné prouision comme ils dient humblemant requerant icelle. Pourquoy nous ces choses considerees voulons à vng chacun son droit & iurisdiction estre gardé. Vous mandons & expressemant enioingnons que vous faites ou faites faire deffence depar nous. sur grans paines à nous applicquee à tous lesdits officiers & fermiers de nosdites iurisdictions que d'oresenauant ils ne facent cõuenir subiect desdites iustices ordinaires & subalternes dudit pays, au moins en premiere iustice aillieurs que deuant les iuges ordinaires des lieux où ils sont subiets, & si aucuns adiornemens ont esté ou estoyent fais au contraire, si les faites reuoquer & mettre à neant par ceulx qu'il appartiendra, en faisant aussi inhibitiõ & deffense de par nous à toutes les parties qui ont fait ou voudroiẽt faire faire aucuns adiornemens ou tenir en procés aucunes personnes dudit pays allieurs que deuant lesdits iuges ordinaires qu'ils s'en desistent & deportent: car tel est nostre plaisir. Donné à Thoulouse le vnziesme iour de Iuin, l'an de grace mil quatrecens soixante & trois, & de nostre regne le deuziesme, par le Roy. le Comte de Comminges & aultres presens.

I. de Reilhat.

¶ Ordinatio facta per curiam parlamenti super statuto si quis quod commissarij non procedant ad reintegrationem, donec prius visis per vicebaillis & iudicem informationum.

Die vndecima Maij, Anno domini Millesimo quatercentesimo septuagesimoquinto per insignem curiam parlamenti Delphiñ. qua erant domini. H. de eclesia, P. de ventes, Ia. Roberteti, Iohannes de sancto Germano aduocatus & præpositus, sancti Andreæ: quod apparuit graffarios curiarum Bailliuiatuum & iudicaturarum ordinariarum huius patriæ Delphina. imperitæ statutum Delphiñ. si quis per litteras &c. in ipsis curiis denunciatis executas fuisse in faciendo reintegrationes indebitas, vbi etiam statutum non habet locum, & hæc vigore commissionum & reintegrationum si apparebat: item non visis per ipsos vicebaillivos & iudices perprius talibus informationibus: vnde multum subditi Delphinales lęduntur & processibus inuoluũtur. Idcirco inhibuit

inhibuit & inhibet omnibus ipsis vice bailliuis & iudicibus ordinariis ne à cæteris committere habeant reintegrationes fiendas super dicto statuto aliquibus graffariis, nisi prius visis & visitatis sic sumptis per ipsos graffarios informationibus an vel ne ipsum statutum habeant locum quod si fiat ex nunc cassat & anullat ac nullius efficaciæ decernit anno & die prædictis, fuit huiusmodi statutum lectum & publicatum in audientia publica pradelli in cuius rei testimonium hic me subsignatum, de quo supra præcepto ego notarius & secretrarius prædictus facta prius decenti collatione cum originali registro. Materonis.

¶ *Alia prouisio super adualuatione bladorum.*

¶ Excellentiæ Delphinali humiliter supplicando exponitur pro parte Iohannis Molini habitatoris senescalatus creste Arnaudi & aliorum secum adhęrentium super eo quod licet per dictam excellentiam fuerit ordinatum quod quęcunque blada per arreragiis censuum aut aliis debita non apprecientur vltra valorem & præcium quod valebant seu vendebantur anno & tempore pro quib. debētur, fueritque inhibitū voce præconis creditorib. ne vltra dictum valorē debitores ipsa blada debentes compellere audeant: his tamē nonobstantibus quidam creditores ipsius supplicantis & plures alij dictæ senescallatus quibus magnæ quantitates bladorum tam censualium quam aliorum ante pñtē charistiā vēdituras & debituras, debitores ipsos ad reddendum seu soluendum blada de tempore præterito, debita compellūt valoremque, sic vt supra ordinatum recipere recusant, quæ cedunt in maximum præiudicium dicti supplicantis & totius reipublicæ, quapropter dignetur eidem excellentem dictam ordinationem obseruare mandare per senescallatum & in curia dicti loci creste necnon in bailliuiatu sancti Marcellini & iudicaturæ Valentiæ, inhiberique mandare dictis creditoribus, ne dictos supplicantes vltra valorem prædictum dicta blada de tempore prædicto debita exigere seu dictos supplicantes compellere audeant, litteras si placet concedendo opportunas.

¶ Palamides forbini miles dominus de soleriis vicecomes martici consiliarius & cambellanus regius gubernator Delphinatus dilectis nostris senescallo Valentineñ. in sede creste Arnaudi, & vicebailliuo seu iudici curiæ maioris Delphinalis Vienneñ. & Valensis aut eorum Vicesgereñ. salutem : visa per curiam Delphinalem parlamenti supplicatione pro parte Iohannis Curlini

& aliorum secum adherentium supplicatione in eadem nominatis porrecta his annexa: & ipsius tenore considerato ipsisque supplicationibus instañ. vobis & vestrum cuilibet insolidum tenore præsentium præcipimus committimus & mandamus, quatenus ordinatioñ. de qua supplicatur, videlicet quod quæcunque blada pro arreragiis censuum aut alias debita non exigantur nec apprecientur pro annis effluxis, nisi iuxta valorem & præcium quibus dictum bladum vendebatur, & valebat anno & tempore pro quibus debebatur: obseruetis & obseruari faciatis per dictam senescalliam creste & bailliuiatum sancti Marcellini iuxta ipsius mentem & tenorem inhibendo & defendendo inhiberi & defendi faciendo creditoribus & aliis blada exigentibus quibus expedierit, & de quibus fueritis requisiti, sub pænis formidalibus, fisco Delphinali applicandis, ne vltra mentem & formam prætactæ ordinationis dicta blada pro annis præteritis debita à prædictis supplicantes cogere seu compellere ad illa soluẽdum audeant seu præsumant, comminandoque quod aliàs ad declarationem dictarum pænarum & aliàs contra ipsos procedetur iusticia mediante, quoniam sic fieri volumus & iubemus per præsentes. Datum Grationo poli die vicesima tertia mensis februarij. Anno domini millesimo quatercentesimo octuagesimo secundo à natiuitate sumpto.

¶ Per dominum gubernatorem ad relationem curiæ qua erant domini. P. Gruelli præsidens, Gau. de Ecclesia, Ia. Roberteti. Io. Raborti. Guido de Monteforti. Glaudus. Laterij, & Cocti & procurator generalis.

Materonis.

Quod





Quod custodiantur passus.

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France, Dauphin de Viennoys, à nos amés & feaux les gens de nostre cõseil & autres nos officiers estans en nostredit Daulphiné, ou leurs lieuteñ. salut & dilection. Pource qu'il est nouuellemẽt venu à nostre cognoissance que plusieurs compagnies de gendarmes, tant du pays de Piemõt que d'ailleurs outre les monts s'assemblent en grand nombre & quantité, en intention de venir & entrer en nostre Royaume, & passer par nostre dit pays du Dauphiné, dont plusieurs grans & irreparables dõmages & inconueniens pourroyent arriuer à nous & à nos Royaume & subjets d'iceluy & de nostredit Dauphiné, si pourueu n'y estoit briefuement. Nous voulans à ce remedier pour la garde seurté & deffense de nos Royaume & Dauphiné, & pour euiter lesdits inconueniens & dommages vous mandons & enioignons expressément & à chascun de vous si comme à lui appartiendra, sur la foy & loyauté que vous nous deuez, & quant que vous pourrez mesfaire enuers nous que tous les chemins, ports & passages de nostre dit Dauphiné par lesquels lesdits gendarmes estrangers pourroyent auoir entree en icelui, vous faciez soigneusement & diligẽmẽt garder & deffendre, sans y laisser entrer ni passer aucuns gensdarmes estrangers pour venir par deça, pour quelconques lettres mãdemẽs ou prieres qu'eussiez euës cy deuant ou apres, de quelconques personnes que ce fust, soyent de nostredit sang ou autres. Et auec ce pource qu'en celuy nostre Daulphiné a si comme entendu auons plusieurs chastelains & gardes de forteresses estrangers & suspects, par lesquels on doute que les gensdarmes estrangers peussent auoir faueur de trouuer passages & entree en iceluy nostre Dauphiné, parquoy si ainsi estoit nos gens & officiers commis à la garde dudit pays ne pourroyent resister ausdits estrangers attendu le grand nombre & multitude d'eux, & par ce pourroyent auoir moult affaire & souffrir nos subjets d'iceluy pays. Nous

Voulons & vous mandons que à icelles forteresses vous pouruoyez & faites poruceoir hastiuement ainsi que verrez appartenir pour la seurté & deffence dudit pays & le bien publique d'icelluy, & tellement que par deffaulte de ce aucun dommaige, inconuenient ou esclandre, n'en peult ensuir à nous ne nosdis Royaume & Dauphiné & aux subiects d'icelluy. Et s'il conuient que pour ceste cause faire assemblée de gens d'armes de nostredit Daulphiné. Nous ne voulons mye que ce peust tourner à preiudice de nos subiects d'icelluy nostre Daulphiné, ni de leurs priuileges. De ce faire vous donnons plain pouuoir & auctorité, mandons & commandons à tous nos iusticiers officiers & subiects, que à vous & chascun de vous en ce faisant obeissent & entendent diligemment, en vous prestant conseil confort & aide si mestier en auez & par vous en sont requis. Donné à Paris le xi. iour de Decembre, L'an de grace mil quatre cens & cinq. & de nostre regne le xxvj.

Par le Roy Dauphin à la relation de son grand conseil.
Neamulle.

¶ Septem litteræ regiæ pro septem iudicaturis patriæ Delphinatus. Quod notarij possint disponere de prothocollis concessæ per Karolum sextum millesimo cccc. nono.

KArolus Dei gratia Francorum Rex & iudici Ebredunensi vel eius locumteñ. salutem. Pro parte vniuersitatis & subditorum suorum dictæ vestræ bailliuiæ & iudicaturæ, nobis fuit expositum quod dudum videlicet nona die Ianuarij anno cccc. septimo certè litteræ gubernatori necnon omnibus & singulis iudicibus officiariis & iusticiariis dicti nostri Delphinatus præsentibus & futuris, vel eorum locaten. directè pro parte vniuersitatis omnium subditorum nostrorum eiusdem Delphinatus fuerunt à nobis obtentæ, quarum tenor sequitur & est talis.

Karolus Dei gratia Francorum Rex, Delphinus Viennen. Nec nõ omnibus & singulis iudicib. officiariis & iusticiariis dicti nostri Delphinatus præsentibus & futuris, vel eorum locaten. salutem. Pro parte vniuersitatis subditorum nostrorum eiusdem Delphinatus nobis fuit expositum conquerendo quod licet notarij seu tabellionis in eorum testamentis vel aliis suis vltimis voluntatibus, possint secundum iuris communis dispositionem prothocolla

colla sua siue commoda, aut emolumenta peruenire debentia ex eisdem tanquam res suas legare relinquere seu donare liberis suis seu eorum parentibus & amicis quibus volunt & alias de eisdem disponere pro libito volũtatis, atque ipsis ex testamento vel ab intestato descenden. liberi aut legitimi & proximiores eisdem sic descendeñ. in & super præmissis succedere debeant & succedant, nonnulli ex vobis officiariis nostris modernis ac cæteri vestri prædecessores iam per aliqua tempora prothocholla ipsorum notariorum sic descenden. ac iurisdictionis dispositionẽ, dedistis & dederunt seu tradidistis & tradiderunt liberos & hæredes ac legatores & donatarios parentes & amicos iãdictos in eisdem ex testatoris voluntate vel iuris cõmunis dispositione, succedẽtes & succedere debentes ipsis prothocollis iuribus & emolumentis eorundem, & ad ipsos occasione & prætextu dictæ dispositionibus iuris communis pertinen. & spectare debentibus, priuando in eorum grandæ præiudicium & grauamen, sicut dicunt, nostrum remedium implorando. Quocirca nos hiis attentis & conuenientius esse liberos hæredes ac parentes seu propinquos & legatarios dictorum notariorumquã extraneos in iamdictis prothocollis iuribus & emolumentis succedere & succedere debere, vobis & vestrum cuilibet prout suo incumbit officio & in futurum spectabit. Harum seriæ præcipimus & mandamus districtæ iniungeñ. quatenus contra voluntatem ac dispositionem ipsorum notariorum, vt præfertur descẽdeñ. iurisque communis obseruantiam in & super præmissis nihil faciatis seu attentetis siue fieri attentarive patiamini, quinimmo ipsorum voluntates & dispositiones extremas dummodo iuri communi non repugnent.

In eisdem obseruetis & obseruari à cætero faciatis ipsa prothocolla liberis & hæredibus aut propinquis vel legatariis aut donatariis, prout iura & dispositiones præfatæ volunt relinquendo circa custodiam & grossationem prothocollorum huiusmodi prouidendo debitæ ac securæ. Si verò contra præmissa aliquid factum aut attentatum à data præsentium fuerit, ad statum debitum reducatis seu reduci faciatis indilatæ. Quoniam sic fieri volumus & iubemus de gratia speciali si sit opus. Non obstantibus quibuscunque litteris impetratis vel impetrandis obtentis vel obtinendis sub quacunque verborum forma existant.

datum Parisius die nona Ianuarij anno domini millesimo quatercentesimoseptimo,& regni nostri vicesimo octauo. Verumtamen quia pro ipsis exequendis dictæ nostræ litteræ gubernatori dicti nostri Delphinatus,aut vobis non fuerunt præsentatæ,dicti nostri subditi dubitant quod ad earum executionem procedere recusetis,quod in eorum cæderet præiudicium & iacturam, nisi super hoc de remedio prouideretur opportuno, de quo nobis humiliter supplicarunt sibi gratiosæ prouideri : propterea nos dictas literas suprascriptas suum plenarium sortiri volentes effectum, consideratione in eis contentorum , vobis mandamus & districtius iniungimus quatenus dictas litteras suprascriptas iuxta earundem seriem & tenorem prout ad vos spectat in iudicatura vestra executioni demandetis , seu demandari faciatis indilatæ, absque eo quod originali vobis constet,alias quam per præsentes quibus sunt insertæ.Nam sic fieri volumus & dictis expositionem concessimus & concedimus,de gratia speciali. Non obstantibus quod dictæ litteræ infra annum à data ipsarum computandum, non fuerint executæ,à quo nos ipsos expositionem releuamus de dicta gratia speciali,dum tamen infra annum à data ipsarum computandum præsentes faciant exequi,seu pro ipsis exequendis debitę præsentari,litterisque subrepticiis in contrarium impetratis vel impetrandis, non obstantibus quibuscunque,datum Parisius die vigesimaseptima Ianuarij, Anno domini millesimo cccc.nono & regni nostri.xxx.

¶Per regem Delphinum ad relationem consilij.

Malliere.

¶*Pro iudicatura Briançonnesij.*

KArolus Dei gratia Francorum Rex Delphinus Viennen̄.bailliuo & iudici Briançonnesij vel eius locumten̄.salutem. Pro parte vniuersitatis & subditorum nostrorum dictæ vestræ bailliuiæ & iudicaturæ nobis fuit expositum,quod dudum videlicet nona die mensis Ianuarij anno quatricentesimo septimo certæ litteræ gubernatori necnon omnibus & singulis iudicibus officiariis & iusticiariis dicti nostri Delphinatus præsentibus & futuris,vel eorum locumten̄.dictæ pro parte vniuersitatis omnium subditorum nostrorum eiusdem Delphinatus fuerunt à nobis obtentæ quarum tenor sequitur & est talis.

Karolus

KarolusDei gratia FrancorumRex,DelphinusViennen̄.gubernatori necnon omnibus & ſingulis iudicibus officiariis, & iuſticiariis dicti noſtri Delphinatus præſentibus & futuris vel eorum locaten̄. ſalutem , pro parte vniuerſitatis ſubditorum noſtrorum eiuſdem Delphinatus nobis fuit expoſitum conquerendo quod licet notarij ſeu tabelliones in eorum teſtamentis vel aliis ſuis vltimis voluntatibus poſſint ſecundum iuris communis diſpoſitionem prothocolla ſua ſiue commoda aut emolumenta peruenire debentia ex eiſdem,tanquam ſuas proprias legare , relinquere ſeu donare liberis ſuis ſeu eorum parentibus & amicis quibus volunt, & alias de eiſdem diſponere pro libito voluntatis atque ipſis ex teſtamentis vel ab inteſtato deceden. liberi aut alij legitimi & proxiuniores eiſdem ſic deceden̄. in & ſuper præmiſſis ſuccedere debeant & ſuccedant ,nonnullis ex vobis officiariis noſtris modernis ac cæteri veſtri prædeceſſores iam per aliqua tempora prothocolla ipſorum notariorum ſic deceden. ac iuris communis diſpoſitionem aliis perſonis quam eorum notariorum liberis habendi, & parentibus contra voluntatem huiuſmodi notariorum ſic deceden̄.ac iuris communis diſpoſitionem dediſtis & dederunt ſeu tradidiſtis & tradiderunt liberos & hæredes & legatarióſque donatarios, parentes & amicos iam dictos, in eiſdem ex teſtatorum voluntate vel iuris communis diſpoſitione ſucceden̄. & ſuccedere deben. ipſis prothocollis iuribus & emolumentis eorundem, & ad ipſos occaſione & prætextu dictæ diſpoſitionis iuris communis pertinen̄. & ſpectare debentibus,priuando in eorum grandæ præiudicium & grauamen ſicut dicunt,noſtrum remedium implorando. Quocirca nos his attentis & conuenientius eſſe liberos hæredes ac parẽtes ſeu propinquos & legatarios dictorum notariorum quam extraneos in iamdictos prothocollis iuribus & emolumẽtis ſuccedere,& ſuccedere debere vobis& veſtrũ cuilibet prout ſuo incumbit officio & in futurũ ſpectabit,harũ ſeriæ præcipimus& mandamus, diſtrictæ iniungen̄.quatinus contra voluntatem & diſpoſitionem ipſorum notariorum,ita vt præfertur deceden̄.iuríſque communis obſeruantiam in & ſuper præmiſſis,nihil faciatis ſeu attemptetis ſiue fieri attemptarive patiamini,quinimmo ipſorum voluntates & diſpoſitiones extremas dummodo iuri communi non repugnent.In eiſdem obſeruetis & obſeruari à cætero faciatis ipſa

prothocolla liberis aut hæredibus & propinquis vel legatariis aut donatariis , prout iura & dispositiones prætactæ volunt, relinquendo circa custodiam & grossationem prothocolli, huiusmodi prouidendo debitæ ac securæ. Si verò contra præmissa aliquid factum aut attemptatum à data præsentium fuerit, ad statum debitum reducatis, seu reduci faciatis indilatæ.

Quoniam sic fieri volumus, & iubemus de gratia speciali si sit opus, non obstañ. quibuscunque litteris subrepticiis in contrarium impetratis vel impetrañ. obtentis vel obtinendis sub quacunque verborum forma existant. Datum Parisius die ix. Ianuarij, Anno domini millesimo quadringentesimo septimo, & regni nostri vicesimo octauo. Verumtamen quia pro ipsis exequendis, dictæ nostræ litteræ gubernatori dicti nostri Delphinatus aut vobis non fuerunt præsentati, dicti nostri subditi dubitant, quod ad earum executionem procedere recuseris, quod in eorum cæderet præiudicium & iacturam, nisi sibi super hoc prouideretur de remedio opportuno, de quo nobis humiliter publicarunt sibi gratiosæ prouideri: propterea nos dictas litteras nostras suprascriptas iuxta earundem seriem & tenorem, prout ad vos spectat. In iudicatura vestra executioni demanderis, seu demandari faciatis indilatæ, absque eo quod de originali vobis constet alias quam per præsentes in quibus sunt insertæ. Nam sic fieri volumus & dictis exponentibus concessimus, & concedimus de gratia speciali per præsentes. Non obstantibus quod dictæ litteræ infra annũ à data ipsarum computañ. præsentes faciant exequi, seu pro ipsis exequendis, debitæ præsentari litterisque subrepticiis impetratis vel impetrandis, non obstantibus quibuscumque non fuerint exequutæ, à quo nos ipsos exponentes releuamus de dicta gratia speciali; dum tamen infra annum à data præsentium computandum præsentes faciant exequi, seu pro ipsis exequendis debitæ præsentari litteris subrepticiis in contrarium impetratis vel impetrandis, non obstantibus quibuscunque. datum Parisius die xxvij. Ianuarij, Anno domini millesimo quatercentesimo nono, & regni nostri xxx.

¶Per regem Delphinum ad vestram relationem.

L. Miche.

¶Pro

Pro iudicatura Viennesij.

Karolus Dei gratia Francorum Rex, Delphinus Viennen. bailliuo & iudici Viennesij, & Tureturus, vel eius locumten. salutem. Pro parte vniuersitatis & subditorum nostrorum dictæ vestræ bailliuiæ & iudicaturæ, nobis fuit expositum quod dudum nona die Ianuarij, Anno quatercentesimoseptimo, Certæ litteræ gubernatori necnon omnibus & singulis iudicibus officiariis dicti nostri Delphinatus præsentibus & futuris vel eorum locumten. directæ pro parte vniuersitatis omnium subditorum nostrorum eiusdem Delphinatus fuerunt nobis obtentæ. Quarum tenor sequitur & est talis.

¶Karolus Dei gratia Francorum Rex, Delphinus Viennen. gubernatori necnon omnibus & singulis iudicibus iusticiariis & officiariis dicti nostri Delphinatus, præsentibus & futuris, vel eorum locatenen. salutem. Pro parte vniuersitatis subditorum nostrorum eiusdem Delphinatus, Nobis fuit expositum conquerendo quod licet notarij seu tabelliones in eorum testamentis vel aliis suis vltimis voluntatibus possunt secundum iuris communis dispositionem prothocolla sua siue commoda aut emolumenta prouenire debentia ex eisdem, tanquam res suas proprias legare relinquere seu donare liberis suis seu eorum parentibus & amicis quibus volunt & alias de eisdem disponere pro libito voluntatis, atque ipsis ex testamento vel ab intestato deceden. liberi aut alij legitimi & proximiores eisdem sic deceden. in & super præmissis succedere debeant & succedant. Nonnulli ex vobis officiariis nostris modernis ac cæteri vestri prædecessores iam per aliqua tempora prothocolla ipsorum notariorum sic deceden. aliis personis quam eorundem notariorum liberis hæredibus & parentibus contra voluntatem huiusmodi notariorum sic decedentium ac iuris communis dispositionem dedistis, & dederunt liberos & hæredes ac legatarios & donatarios parentes & amicos iamdictos in eisdem ex testatoris voluntate vel iuris communis dispositione, succedentibus & succedere debentibus, ipsis prothocollis iuribus & emolumentis eorundem, & ad ipsos occasione & prætextu dictæ dispositionis iuris communis pertinentibus & spectare debentibus. Priuando in eorum grandæ præiudicium & grauamen, sicut dicunt, nostrum remedium implorando.

Quocirca nos his attētis & conuenientius eſſe liberos hæredes ac parentes ſeu propinquos & legatarios dictorum notariorum quam extraneos in iādictis prothocollis iuribus & emolumentis ſuccedere,& ſuccedere debere vobis & veſtrum cuilibet, prout ſuo incumbit officio & in futurum ſpectabit,harum ſeriæ præcipimus & mandamus diſtrictæ iniungentes, quatenus contra voluntatem & diſpoſitionem ipſorum notariorum,ita vt præfertur decedentibus iuríſque communis obſeruantiam in & ſuper præmiſſis nihil faciatis ſeu attentetis ſiue fieri attentaríue patiamini, quinimmo ipſorum voluntates & diſpoſitiones extremas dummodo iuri communi non repugnent, in eiſdem obſeruetis & obſeruari à cætero faciatis ipſa prothocolla liberis & hæredibus aut propinquis vel legatariis & donatariis, prout iura & diſpoſitiones prætactæ volunt,relinquendo circa cuſtodiam & groſſationem prothocollorum huiuſmodi prouidendo debitæ ac ſecuræ. Si vero contra præmiſſa aliquid factum aut attentatum à data præſentium fuerit,ad ſtatum debitum reducatis ſeu reduci faciatis indilatæ. Quoniam ſic fieri volumus & iubemus de gratia ſpeciali ſi ſit opus. Nō obſtantibus quibuſcunque litteris impetratis vel impetrandis obtentis vel obtinendis ſub quacunque verborum forma exiſtant. Datum Pariſius die ix. Ianuarij; Anno domini milleſimo cccc. ſeptimo. Et regni noſtri vigeſimo octauo. Verumtamen quod pro ipſis exequendis dictæ noſtræ litteræ gubernatori dicti noſtri Delphinatus aut vobis non fuerunt præſentatæ dicti noſtri ſubditi dubitant,quod ad earum executionem procedere recuſetis: quod in eorum cederet præiudicium & iacturam,niſi ſibi ſuper hoc prouideretur de remedio opportuno,de quo nobis humiliter ſupplicarunt ſibi gratioſæ prouideri,propterea nos dictas litteras noſtras ſupraſcriptas ſuum plenarium ſortiri volentes effectum conſideratione in eis contentorum,vobis mandamus & diſtrictius iniungimus,quatenus dictas litteras ſupraſcriptas iuxta earumdem ſeriem & tenorem prout ad vos ſpectat, in iudicatura veſtra executioni demandetis ſeu demandari faciatis in dilatæ, abſque eo quod de originali vobis conſtet alias quam per præſentes in quibus ſunt inſertæ.

Nam ſic fieri volumus, & dictis exponentibus conceſſimus & concedimus de gratia ſpeciali. Non obſtantibus quod dictę litterę

teræ infra annum à data ipsarum computandum non fuerunt exequente, à quo nos ipsos & exponentes releuamus de dicta gratia speciali, dum tamen infra annum à data pręsentium computandum præsentes faciant exequi, seu pro ipsis exequendis debitæ præsentari litterisque subrepticiis in contrarium impetratis vel impetrandis, non obstantibus quibuscunque. datum Parisius die xxvij. Ianuarij, Anno domini millesimo cccc.nono. Et regni nostri xxx.

¶Per regem Delphinum ad relationem consilij.

¶Collatio facta est.

I. Villebresine.

¶ *Pro iudicatura baroniarum Medulionis & Montisalbani.*

